

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,
SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS
ET ID PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTTERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA
ECCLESIAE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS AUCTA;

INDICIBUS ARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI
SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS UM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIIS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO
SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE

PATRUM, ARSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR;

ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIUM QUINAM PATRES ET
IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS,

A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,

CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS

TUM NUMERUS FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANter

SIMILIS, BREVI EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,

SEXIENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,

PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES,

LOCOS, LINGVAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUS COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE NEMPE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLIUM NEQNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS VIII.

CLEMENS ALEXANDRINUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

مجلس
مجلس

SÆCULUM III

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΤΑ ΕΥΠΡΕΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

CLEMENTIS

ALEXANDRINI

OPERA QUÆ EXSTANT OMNIA

JUXTA EDIT. OXON. AN. 1715.

ACCEDUNT

D. NICOLAI LE NOUBRY

COMMENTARIA IN OMNES CLEMENTIS ALEXANDRINI LIBROS.

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIOR

VENIUNT DUO VOLUMINA 22 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDERATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

C 55014

1860, May 28.

Gray Fund.

\$2.87

ELENCHUS



AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO VIII CONTINENTUR.

CLEMENS ALEXANDRINUS EPISCOPUS.

| | |
|-----------------------|---------|
| Cohortatio ad gentes. | col. 49 |
| Pædagogus. | 247 |
| Stromata. | 685 |

MONITUM. — Meminerit Lector signo ✕ in textu posito paginas editt. Oxoniensis et Parisiensis repræsentari, quarum seriem in inferiori pagina continenter exprimendam curavimus, ut loca parallela quæ varii adnotatores juxta varias editiones innuunt, quærenti facile sint obvia; numeros autem quos typis grandioribus in textu expressimus, nonnisi ad Indices spectare.

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

NOTITIA HISTORICO-LITTERARIA

IN CLEMENTEM ALEXANDRINUM

(FABRICIUS, *Bibliotheca Græca*, editio nova, variorum curis emendatior atque auctior, curante Gottlieb Christophoro HARLES, tom. VII [Hamburgi, in-4°, 1801], p. 119).

Titus Flavius (1) Clemens, patria Atheniensis (2), vel, ut alii, Alexandrinus: ex ethnico philosopho Christianos (5), atque inde post peragratas Græciam, Calabriam, Italiam, Orientem, Palæstinam, et Ægyptum, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter (4), et post Pantænum (5), itidem Atheniensem, magi-

(1) Euseb., vi, 13, *Hist.*; Photius, cod. cx1.

(2) Epiphan. xxxii, 6, tom. I, pag. 213; Meursius, pag. 203, ad Palladii Lausiacam; Fabr. Ortu Atheniensis esse potuit; Alexandrinus autem appellabatur, quia Alexandria diu commoratus ibique munere docendi functus est. Atqui a veteribus quorum testimonia citavit Fabric. infra not. 19, plura vero collegit Potterus post præf. ad suam edit., semper vocatur Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter. Ab Epiphano solummodo, l. c., sed incerto rumore, sic citatur: Κλήμης, ὃν φασὶ τινες Ἀλεξανδρῆτα, ἕτεροι δὲ Ἀθηναίων: in *Chronico* autem *Paschali*, pag. 251, dicitur quidem Clem. Alexandrinus; sed pag. 7, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, et bis a Theodoro Clem. Stromateus. Add. Cavei *Antiqq. Patrum et eccles. I*, pag. 385; vers. Germ. Stollii, *Nachrichten von den Kirchenvätern*, pag. 91 sq.; Walchii, *Historiæ ecclesiasticæ N. T.*, pag. 627, qui copiosius disseruerunt de Clemente Alexandrino, ut alios omittam ab illis jam laudatos. HARL.

(3) Euseb., II, 2, *Præparat. evangel.*, pag. 61; Clemens ipse initio *Pædagog.*

(4) Euseb., vi, 11; Hieron., cap. 38 *De script. eccles.*, et epist. 84, ad Magnum; Niceph., iv, 33, *Hist.*; Phot., cod. cx1.

(5) Euseb., vi, 6, *Hist.*

(6) Euseb., v, 11; vi, 13, et Hieron., c. 38, *De scriptor. eccles.*; Phot., cod. cx1. Equidem ab horum sententia recedit Philippus Sidetes, et Pantænum Clementis successorem fuisse scribit, Clementem vero Athenagoræ successorem ac discipulum. Pro Philippi Sidetæ sententia asserenda contendit etiam H. Dodwellus, qui Philippi fragmentum edidit, ad calcem *Dissert. in Irenæum*, pag. 501 sq. Sed malo utique Eusebio, Hieronymo et Photio accedere. De aliis Clementis præceptoribus, quos tecte innuit ipse lib. I *Strom.*, pag. 274, et quorum nomina ex mysteriorum disciplina, Hierophantas de nomine prodere vetantium, siluisse putat idem Dodwellus, *Dissertat. IV ad Irenæum*, pag. 295. Vide Baronium, ad A. C. 185, n. 4; Valesium, ad Euseb., pag. 95; Caveum, in *Vita Clementis Alex.*, § 2; Steph. le Moine, ad *Varia sacra*, pag. 208; Jo. Clericum, in *Vita Clementis Alex.*, tom. X *Bibl. universal.*, pag. 181.

(7) Pantæno mortuo successisse scribit Hieronymus c. 38 *De script. eccl.* Sed vide Tillemont., tom. III *Memor. hist. eccles.*, in *Vita Pantæni*, p. 290, et in *Vita Clementis Alex.*, p. 508 et 522. Fabr. In disciplina Pantæni amorem philosophiæ Stoicæ imbibisse videtur Clemens Alex., neque tamen illi, neque alii sectæ unice adhæsit, sed fuit eclecticus, et Stoicos æque ac reliquos veteres philo-

sophos refutavi. Imo vero *Strom.* I, c. 7, p. 558, ed. Potteri, cujus notam conferes, aperte profitetur se philosophiam non dicere Stoicam, nec Platoniam, aut Epicuream et Aristotelicam; sed quæcumque ab his sectis recte dicta sint, hoc totum selectum (τὸ αὐτὸ σύμπαν τὸ ἐκλεκτικόν) se dicere philosophiam. De Pantæno et reliquis Clementis magistris, ac de controversia inter Caveum, Clericum Baltumque orta, tum de philosophandi ratione, erroribus, etc., Clementis Alex. copiosus est Brucker, in *Hist. cit.*, *philos.*, tom. III, pag. 414 sqq. — De Clemente, qua doctore Alexandrino conf. J. G. Michaelis *Progr. de scholæ catech. Alexandr. origine* Halæ Magd. 1739, 4, novisque accessionibus amplificatum in *Symbol. litter. Bremens.* fasc. III, atque J. Augustin. Dietelmair *Progr.* quo veterum in schola Alexandrina doctorum seriem breviter exponit. Altdor. 1746. 4. HARL.

(8) Quanquam Baronius e Martyrologio Rom. Clementis nomen expunxit (confer *Acta Sanctor.*, tom. VI Maii, p. 777), et saepe ei elogium Clementi datum excusat Combefisius, tom. I *Bibl. concionatoria*, Natalisque Alexander ideo censuram incurrisse se testetur virorum religiosorum, quod sanctum Clementem appellasset; tamen constat apud veteres scriptores, ne de Usuardi et juniorum Martyrologiis dicam, passim hoc encomio mactari. Ita Epiphanius xxvi, 1: Ὡς καὶ ὁ ἅγιος Κλήμης, etc.; ἱερὸν vocat etiam Alexander episcopus, apud Euseb., vi, 14 et vi, 11, μακάριον πρεσβύτερον ἀνδρα ἐνάρετον καὶ δόκιμον. Nicetæ, *Thesaur. orthodox. fidei*, IV, 10, ex Theodoriti lib. I *De hæretic. fab.*, c. 4, Clemens dicitur ἱερὸς ἀνὴρ, καὶ πολυπειρῶτα ἅπαντας ἀπολιπών. Et eidem Theodorito ἱερὸς ἀνὴρ, et ob πολυμάθειαν διαδόχτος. Auctori Chronici Alex. pag. 7, et qui idem est, anonymo scriptori de Paschate, quem Græce edidit Petavius pag. 214 *Uranolog.*: Κλήμης ὁ σωτάτος τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας γεγονὸς ἱερεὺς, ἀνὴρ ἀρχαιότατος, καὶ οὐ μακρὰν τῶν Ἀποστολικῶν γενόμενος χρόνων. Idem Clemens iudicio Hieronymi, epist. 84, ad Magnum, omnium eruditissimus. Φιλόσοφος τῶν φιλοσόφων vocat S. Maximus, *Diss. cum Pyrrho*, pag. 774. Cyrillus vero Alex.: Ἄνδρα ἐλλόγιμον καὶ φιλομαθῆ, καὶ ἀναγνωσμάτων Ἑλληνικῶν πολυπραγμονήσαντα βιβλίος, ὡς ὀλίγοι τάχα που τῶν πρὸ αὐτοῦ, vii in *Julian.*, pag. 231. Idem alibi σοφώτατον vocat, et *πολύστορα*, et alio loco: Τοῖς ἀγίοις Ἀποστόλοις ἐπόμενον πανταχῆ, πλείστης τε ὕψους Ἑλληνικῆς ἱστορίας εἰς ἀκοὴν ἐλθόντα. [Add. Walch., l. c., pag. 629 seq.]

(9) Euseb., vi, 6, *Hist.*

(10) Id., vi, 3, licet Philippus Sidetes, in Fragmento, quod edidit Dodwellus, Origenem Pantæno, non Clementi, scribat successisse.

viri Alexandria celere coacto (11), successit, et Alexandrum (12) Flaviae in Cappadocia ac postea Hierosolymitanum episcopum, atque, si Baronio (13), Combefisio et Bullo credimus, etiam Hippolytum, Origeni haud ignotum. Quo anno obierit (sub Antonino Caracalla et Alexandria, ut suspicio est), nemo veterum tradidit, licet quarta die Decembris memoriam ejus consignarit Usuardi Martyrologium.

Tria hujus Clementis scripta, *Protrepticum*, *Pædagogum* et *Stromateon* libros, Daniel Heinsius pulchre observavit referre veterum mystagogorum ac philosophorum tres gradus, ἀρχαῖα, μέτρα, ac denique ἐκκαταίρι: in *Protreptico* enim Clementem primo veluti purgare futuros Christianos a sordibus adhaerentium superstitionum atque ethnicismi, in *Pædogogo* factos jam iuvare atque instituere, in *Stromateon* denique libris ad sacra maxima et supremam Dei contemplationem (adde Clementem, pag. 85 edit. Paris. et 443 d.) admittere. Confer, si placet, quæ in eadem sententiam de *Pædogogo* ac *Stromatibus* Clementis observat D. Mich. Foertschius, theologus Ienensis, in decade *Diss. theologiarum selectarum*, diss. x, pag. 398, sqq.

1. *Προτρεπτικὸς λόγος*, ad gentes liber ahortatorius de Christianismo amplectendo, cujus meminit (ne de Eusebio, Hieronymo, Cyrillo, Theodoro, Photio, aliisque dicam), Clemens ipse in limine *Pædogogi*, et disertius etiam vii *Strom.*, pag. 711, ubi ait se in illo de gentium superstitionibus abunde disputasse. Ex hoc Clementis *Protreptico* plura in suos ad gentes libros transtulit Arnobius, ut Theodoro Cantepulchre observatum (14). Duos codices mss. Græcos, unum regium A. C. 914 exaratum, et alterum Collegii S. J. Paris. memorat Nourrius, pag. 654 *Apparatus ad bibl. Patrum*, variasque lectiones editurum se vel cum alio Clementis futuro editore communicaturum pollicetur, atque ipse deinceps loca quædam feliciter illustrat.

2. *Παιδαγωγὸς* libris tribus ὑποθετικοῖς ethicam quamdam Christianam perpulchram complexus.

(11) Tillemont., pag. 392.

(12) Euseb., vi *Hist.*, ex quo loco constat, Alexandrum Clementi fuisse superstitem.

(13) Baron., ad A. C. 229, 4. Combefisius, t. I *Bibl. concionatoriae*, ubi de S. Hippolyto, et Bullus *Defensione fidei Nicænæ*, sect. 3, cap. 8, p. 371.

(14) Add. Potteri, not. pag. 1, qui præter ea syllabum capitulum 12 (tot enim capp. constat Cohortatio ad gentes), reddidit, quam, uti etiam tabellam eorum, quæ singulis *Stromatum* libris continentur, una cum observat. atque emendationibus haud paucis in tria Clementis opera suisque locis insertis a W. Lowthio, ecclesiae cathedralis Winton. præbendario communicatam accepit. HARL.

(15) Grave iudicium de hoc opere, in quo lucidus ordo desideratur, et multa, haud probanda, leguntur, tulit Barbeyrac in: *Traité de la Morale des Pères de l'Eglise*, pag. 43, seqq., eique assentitur Stolle, l. c., pag. 94. HARL.

(16) An Athenogeni? Latine eundem hymnum Possevinus excudi curavit in calce tom. I *Bibl. selectæ*. FABR. Hymnus in Christum legitur in cod. Regio et Bodl., nec non Veneto D. Marci (quem

A Hujus quoque operis sui mentionem facit ipse Clemens vi *Strom.*, pag. 616, ut Eusebium, Hieronymum ac Photium omittam. Videturque illud fuisse fructus quidam κατηχήσεων Alexandria ab ipso institutarum (15). Cæterum, ut divisionem operis in tres libros Clemens dicto loco agnoscit, sic divisionem in capita capitibusque præfixa lemmata, quamvis in mss. codicibus obvia, alium quam Clementem videatur habere auctorem. Vide Nourrii *Apparatus*, pag. 657. Clauditur *Pædagogus* Doxologia, de qua conferendus Georgius Ballus in *Defensione fidei Nicænæ*, pag. 145. Denique subjicitur *Hymnus ad Christum*, quem Antigeni (16) martyri, Clementis æquali (nescio qua fide) tribuit Cæsius in Appendice ad *Glossarium Græcum*, pag. 123, voce Ἀγγεῖον. Hymnum istum separatis foliis cum Herveti versione et commentario suo atque Germanica metaphrasi edidit Hamburgi A. 1681 fol. Rudolphus Capellus. Exstat et Græce et Latine inter *Poetas Græcos Christianos*, Paris. 1609, 8, pag. 235, cum Fed. Morelli versione. Ibidem Græce et Latine occurrunt versus ἀδήλου, sive incerti, in Clementis *Pædogogo*, qui incipiunt Ἐὶ τὸ ἔθνος κἀγὼ, Παιδαγωγὲ, προσφέρω, qui in editione Clementis Græca Florentina Græce leguntur ad calcem *Pædogogi* pag. 92, sed in Græco-Latinis sunt prætermitti (17), atque ideo in supplemento Operum Clementis Itigiano, p. 170, iterum recusi. Tres codices mss. *Pædogogi* Clementis evolvisse et varias lectiones ex iis notasse se refert Nourrius, p. 658 seq., ex quibus regii A. C. 814 exarati (quo præter *Protrepticum Pædogogo* præmissum etiam Justinii *Epistola ad Zenam et Serenum*, atque *Admonitio ad Græcos*, Eusebii *De præparat. et adversus Hieroclem* atque Athenagoræ liber uterque continetur) specimen vide in Montfauconi *Palæographia Græca*, p. 274. *Pædogogum* in *Bibl. Patrum concionatoria* Græce et Latine editum scribit Nourrius, p. 904. Sed Latine quædam Clementis Combefisius a se recensita *Bibliotheca concionatoria* inseruit; Græce nihil.

describit Villoison., in *Anecd. Græc.*, tom. II, p. 98, 1, sed abest cod. quo usus est Sylburgius, Palat. et Oxon., Coll. novi. — Clem. Alex. *Hymni in Christum*; Gr. ac Lat., per Fed. Morellum., Lutetiae 1598, 8 (*Catal. bibl. Leidens.*, pag. 46), Gr. ac Lat. in *Collect. poet. Gr.* Colon. Allobr. 1614, fol. HARL.

(17) Sed recepti sunt in edit. Potter., p. 313. — Antea retulerat illum hymnum Jo. Fellus, Oxoniensis episcopus, inter Fragmenta Clementis in editione, inscripta: *Κλήμεντος*, — etc., Clementis Alexandrini liber, *Quis dives salutem consequi possit*. Acc. nonnulla in edit. Opp. Clementis haec desiderata. Oxoniae e theatro Sheldon. 1683, 12. Fellus quoque admonuit, exstare illos sub ἀδήλου titulo in cod. quodam Collectaneorum miscellaneorum ex Græcis poetis, in bibl. Bodl. assertato. Præter ea subjungit hymnum illum præcedenti cod. Reg., Bodl. et Venet. teste Villoison, l. c., qui observat, hymni illius in *Pædogogum* initium manifesto expressum esse ex illo hymno, quem in Dianæ laudes erumpens apud Euripidem canit Hippolytus στεφανηφόρος, e venatione redux. HARL.

3. *Τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν Γνωστικῶν ὑπομνημάτων, Στρωματεῖς Η'* (libri VIII *Strom.*) (18), sive Miscellaneorum, Gnosticas secundum veram philosophiam commentationes complectentium : hic enim titulus operis apud Eusebium, VI, 13, *Hist.*; Photium, cod. Cxi, et Clementem ipsum in extremo libri I et III, pag. 357, 473, et initio libri VI, pag. 616. Alexandro inscriptum esse hoc opus a Clemente, observat Meursius, ad *Palladii Lausiacam*, pag. 204, ex J. Damasceni lib. III *De adorand. imaginibus*: *Τοῦ ἀρχαιοτάτου Κλήμεντος πρὸς Ἀλέξανδρον ἐκ τοῦ ἑβδόμου βιβλίου τῶν Στρωματέων*. Alexandrum intelligat aliquis illum ex Clementis auditore Cappadociæ atque deinde Hierosolymitanum episcopum, cui librum *De canonibus eccles.* inscripsit, teste Eusebio, VI, 13, et de quo videnda *Acta Sanctorum* ad diem XVIII Martii. Sed Reinesius, lib. I *Var. lect.*, c. 22, pag. 92, suspicatur Damascenum non scripsisse πρὸς Ἀλέξ., sed πρὸς Ἐβ. Ἀλέξ. Scriptum est hoc opus post Commodum (extremo A. C. 192) defunctum (lib. I *Strom.*, pag. 356), cum Clemens ætatis inflexa adhuc maturitate gauderet; quare I, pag. 274, ait, se *ὑπομνήματα ἐναντὶ ἐς γῆρας θεσσαυρίζεν*. Codices illius mss. præter Mediceum, e quo Florentina editio initio libri primi mutila profuxit, vix usquam exstare, notat Montfauconus in *Diario Italico*, p. 64 [et in *Bibl. biblioth. mss.* t. I, pag. 480], ubi excerpta proluxa ex Clementis *Stromatis* in codice bombicino sæculi XIV, Venetiis apud Antonium Capellum, patricium Venetum, reperisse se refert, una cum nonnullis ex *Protreptico* et *Pædagogico*. Claromontanus recens codex, cujus Nourrius, pag. 896, meminuit, e Mediceo descriptus videtur, neque alio, ac Florentino, usi sunt interpretes uterque Strozza et Hervetus. Librum septimum claudit Clemens his verbis: *Καὶ ἐν μετὰ τὸν ἑβδόμον τοῦτον ἡμῶν στρωματέα τῶν ἑξῆς ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ποιησόμεθα τὸν λόγον. Αἱ*

A loco illius, qui hodie sequitur, *octavi libri*, in quibusdam codicibus Photio (19), cod. Cxi, lectis, secutus est liber, de quo mox dicam, *Quis dives salvetur*: alii tamen, quos idem vidit Photius, hunc ipsum octavum librum habuerunt, atque in hoc pag. 785 exstant verba, quæ Clementem philosophum laudans profert Pseudo-Dionysius, c. 5 libri *De divinis nominibus*, ut Albertinus etiam, pag. 266 operis *De Eucharistia* observavit. Octo *Stromatum* Clementis libros legerunt etiam Eusebius atque Hieronymus. Porro liber iste octavus, qui exstat, cum prioribus septem nihil habet commune; sed totus de demonstratione, definitione, divisione et causis dialectico more disputat. Eundem tamen nos habere, quam olim legit Photius, non dubito, licet aliud sentire videam Nourrius, pag. 1289, qui in eo etiam fallitur, quod, quæ de doctrina parum sana Photius notat, de octavo hoc libro accepit, cum de toto *Stromatum* opere istud ille scripserit. Non integrum vero, sed imperfectum ad nos librum huncce, qui octavus inscribitur, pervenisse, libentius assentior Tillemontio, tom. III *Memor. histor. eccles.*, p. 318, 524. Quod vero Nourrius, p. 1308, ex *Catena ms. in Genesin* notat, ab Acacio Cesareæ in Palæstina episcopo citari verba ex octavo Clementis *Stromatum* libro deperdito, id ampliore consideratione dignum est. Verba hæc sunt: *Καὶ ἐν τῷ ὀγδόῳ δὲ Στρωματεῖ ἀθετεῖ τὴν περὶ τοῦ προεῖναι τὰς ψυχὰς δόξαν* (Cassiani puta, quam C III *Strom.*, p. 466, confutaturum se promiserat.) *λέγων αὐταῖς ταῖς λέξεσιν: Ὁ θεὸς ἡμᾶς ἐποίησεν οὐ προόντας. Ἐχρῆν γὰρ καὶ εἰδέναι ἡμᾶς τὸ πῶς ἡμεῖς καὶ προῆμεν, καὶ πῶς καὶ διὰ τὸ δεῦρο ἤκομεν. Εἰ δὲ οὐ προῆμεν, τῆς γενέσεως ἡμῶν μόνος αἰτιὸς ὁ θεὸς, ὃς οὐκ ὄντας ἐποίησεν, οὕτως καὶ γενομένους σώσει. Ὁ δὲ τοὺς δερματίνους χιτῶνας τὰ αἰσθητὰ λέγων σώματα, πάντως που καὶ τὸ εὖλον τῆς ζωῆς αἰσθητὸν εἶναι ὁμολογήσει μετὰ τοὺς χιτῶνας γὰρ εἰρηται, μήποτε*

(18) Clemens, I *Strom.*, pag. 278: *Περιέξουσι δὲ εἰ Στρωματεῖς ἀναμεμιγμένην τὴν ἀλήθειαν (Christianam puta) τοῖς φιλοσοφίας δόγμασι. Εἰ pag. 279: Σιωπῶ γὰρ ὅτι οἱ Στρωματεῖς τῇ πολυμαθίᾳ σωματωποιοῦμενοι κρῖπτειν ἐντέχνως τὰ τῆς γνώσεως βούλουται σπέρματα. Lib. VII, pag. 767: Οὐτ' οὖν τῆς τάξεως, ὅτε τῆς φράσεως στοχάζονται οἱ Στρωματεῖς, nec ordinem nec dictionem curant *Stromata*. Vide et lib. IV, pag. 476, ubi opus suum confert ἀπληθισμένην προσφορᾷ sive εἰρησιῶν ex omni genere florum atque fructuum quondam Athenis solis multiplici diis dicari solitæ, de qua videndus Tho. Galeherus, in *Adversariis*, pag. 473. *Stromata* veluti a stragularum vestium varie contentarum colore multiplici petito nomine (vide Casaubonum, p. 15, in *Athenæum*) Mich. Neander reddit *Varietates*, Jp. Vindetus *Centones*, Samuel Petitus, ad *Leges Atticas*, pag. 145, *Florida*. Mottanus Vayerus, t. I Opp. pag. 552, *Tapisseries*. Ab illo opere Clemens Theodoro, Cassiodoro, et aliis dicitur ὁ Στρωματεῖς: etsi Clementis exemplo etiam discipulum ipsius Origenem X libros *Stromatum* scripsisse constat ex Hieronymo, Rufino, etc. Atque Cæsellium Vindicem, grammaticum Latinum, in *Stromateo* laudat P. isicianus, lib. VI, pag. 685 et 696. Plutar-*

chi *Στρωματεῖς* Eusebium, I *Præparat.*, c. 4, 5, et Lamprias, in *Catalogo* ejus scriptorum. Videturque Plutarchum ac Cæsellium respicere Gellius, *Στρωματεῖς* memorans in præfat. *Noctium Atticarum*.

(19) Photius, postquam inscriptionem operis D integrum in vetere quodam exemplari repertam *Τίτου Φλαβίου Κλήμεντος, πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας, τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομνημάτων Στρωματέων α', β', γ', δ', ε', ζ', ζ' καὶ η'*, indicarat, pergit, *primos quidem septem libros eundem præferre titulum, eosdemque prorsus esse in omnibus codd. sed octavum cum inscriptione rei subjectæ variare et in quibusdam inscribi: Τίς ὁ πωζόμενος πλούσιος; — In aliis vero, Στρωματεὺς ὕψους, uti reliqui septem libri inscribi solent. Add. Heinsii not. ad initium libri I *Stromat.*, et ad init. libri octavi, et Stolle, l. mem. Doctum hoc *Stromatum* opus in quo etiam perpulsa veterum auctorum, in primis poetarum, citantur, in quibus colligendis, aut comparandis emendandisque criticus ingenium ac diligentiam potest exercere, historicorum, chronologicorum et theologorum esse plenum errorum, David Blondellus *De Sibyllis*, lib. I, cap. 6, aliique animadverterunt. Quæ singularia falsaque aut ex nimio allegoriarum studio*

λοβή τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ φάγη, καὶ ὕσχηται
 εἰς αἰῶνα. Hæc (quæ Nonnrium præterit) excerpta
 sunt ex 'Εκλογαῖς προφητικῶν, § 17, edit. Combes-
 siii [et Potteri]. At idem Nonnrius recte observat,
 in mss. J. Damasceni *Parallelorum* codicibus lau-
 dari tanquam ex octavo *Stromatum* libro, quæ
 iisdem verbis exstant in 'Εκλογαῖς προφητικῶν,
 quæ Græce libro *Stromatum* subjiciuntur, § 20,
 edit. Græco-Lat. Combefisii : Ἀγάπη ἐκκενῶν
 ἀρχει, ἀκρίτων δὲ ὁ φόβος οὗτος ὁ ψαῦλος. Ὁ δὲ
 εἰς ἀγαθὸν παιδαγωγῶν, εἰς Χριστὸν ἀγει, καὶ
 ἐστι σωτήριος. Laudantur a Damasceno etiam
 hæc, octavo *Stromatum* libro prænotato : Φεθῆθῶ-
 μεν οὐχὶ νόσον τὴν ἔξωθεν, ἀλλὰ ἀμαρτήματα,
 εἰ δὲ νόσος καὶ νόσος ψυχῆς, οὐχὶ σώματος
 (quæ exstant in eisdem *Eclogis*, § 14). Et : Νόμος
 ἐστὶ κατὰ τῶν σεμνῶν καὶ θεῖα σεμνῶς καὶ θεο-
 πρεπῶς ἔργῶν οὐκ ἀξιοῦντων, κλάσιν ἐπιφέρειν
 ἄορασίας.

4. Ἐκ τῶν Θεοδότου καὶ τῆς ἀνατολικῆς κα-
 λουμένης διδασκαλίας κατὰ τοὺς Οὐαλερτίου
 χρόνους ἐπιτομαί. Hæc excerpta, Græce sine ver-
 sione ex Florentino exemplari Græco-Latinis Cle-
 mentis editionibus subjecta, varias locorum S. Scri-
 pturæ explicationes Gnosticas et Valentinianas con-
 tinent. In his Theodotus (20) plus simplici vice
 citatur; mentio et Basilidis et Valentini ac Valen-
 tinianorum, et pag. 799, afferuntur verba, quæ
 Christus dixerit ad Salomen, μέχρι τότε εἶναι θά-
 ρατον, ἄχρις ἂν αἱ γυναῖκες πικτωσιν, quæ ex
 Evangelio secundum Ægyptios petita esse constat
 ex Clementis in *Strom.*, pag. 445, 452, 453. Com-
 besisii Latine transtulit, sed veritus est edere (21)
 ob hæreses et errores Gnosticos, qui in illis con-

enata in illis *Stromatum* reliquisque libris repe-
 riuntur, ea post Nonnrium et Ittig. Fabricio post
 indic. edd. laudatos, diligenter collegit et dijudi-
 cavit, neque tamen, quæ bona in illis essent libris,
 reticuit Semler, in *História doctrinæ Christianæ*,
 præmissa tom. II *Theolog. polemica*, Bauingart.,
 § 64, pag. 133 sqq. Epitomen librorum German.
 confecit Chr. Frid. Rössler in *Bibl. Patrum eccles.*,
 part. II, pag. 4-75. HART.

(20) Theodotum intellige Byzantinum coriarium,
 a Victore, Rom. episcopo, excommunicatum, cuius
 hæresin perstringit etiam S. Hippolytus in homilia
 contra errores Noëti. Cætera veterum de illo loca
 diligenter excerpit Ittigius, diss. *De hæresiarchis*,
 pag. 269 sqq., qui pag. 243 alterum refert Theo-
 dotum, Montanistam, et pag. 261 tertium Theodo-
 tum, trapezitam, auctorem *Melchisedecianorum*.
 Videnda etiam de Theodoto coriario erudita dis-
 sertatio D. Mich. Waltheri, edita Witebergæ 1688,
 sub titulo : *Jesus ante Mariam*, § 10 sq. FABR. Valesius
 ad Eusebium, *H. E.*, lib. v, c. 11 (quem locum
 repetiit Potterus ad Clem. *Strom.* I, pag. 322, ubi
 Clemens de suis præceptoribus loquitur), duorum
 illorum, quos in Orientis partibus abs se auditos
 esse narrat Clemens, alterum Assyrium genere,
 Tatianum esse suspicatur; alterum autem Hebræum,
 ex Palæstina oriundum, quem Theophilum
 esse, Cæsariensem episcopum, opinatus est Baron.,
 ad a. Chr. 185, potius esse Theodotum crediderit,
 quod ex eo conjicit, quia epitome *Hypotyposeon*
 Clementis inscribitur : Ἐκ τῶν Θεοδότου ἀνατο-
 λικῆς διδασκαλίας, Clementem vero ea, quæ a

lineantur. Quoniam vero eisdem vix quisquam hodie
 poterit moveri, nec tamen inutile ad alios scriptores
 ecclesiasticos illustrandos, neque inajcundum est
 specimine tam insigni cognoscere, qualis fuerit et
 quam longe petitis S. Scripturæ expositionibus
 subnixæ hæreticorum istorum doctrina, non dubi-
 tavi illam Combefisii versionem, cujus apographum
 beneficio doctissimi viri, Erici Benzellii, in manus
 meas incidit, infra cum lectore communicare (22).
 Germanice quidem reddita hæc excerpta edidit
 Godfridus Arnoldus, in *Apologia hæresium*, Lipsiæ
 1760, fol., tom. IV, pag. 41 sq., a quo tempore
 melior et emendatior, itidem Germanica, interpre-
 tatio, auctore H. G. W. E. M. (23) lucem vidit
 Ulmæ 1701, 4, cum præfat. D. Eliæ Veielii.

5. Ἐκ τῶν Περσικῶν ἐκλογαί. Hæc excerpta
 posteriora saniora sunt prioribus, sed in Græco-
 Latinis Clementis editionibus (24) itidem tantum
 Græce exstant, atque extrema parte mutila. Cæte-
 rum cum notis Francisci Combefisii leguntur Græ-
 ce et Latine in auctario ipsius novissimo ad
Bibliothecam Patrum, Paris. 1672, fol. In his sub-
 inde refellit Clemens (illum enim auctorem non
 dubito) errores Heracleonis, Tatiani, Hermogenis :
 plura etiam refert ex Apocryphis Henochi, et Apo-
 calypsi atque *κρύπτῳ* Petri; ex Hermæ etiam
Pastoris lib. II, mandato 5, verba desumpta et
 illustrata videre est § 45, licet de nomine eum non
 laudet. Dogmatum vero hæreticorum expositionem
 utilem esse disputat § 29 : Φέρει δὲ καὶ ἄλλη
 συγγνωστικὰ ψυχῆς ζητητικῆς ἢ τῆς ἑτεροδό-
 ξου διδασκαλίας ἐκδοσις, καὶ ἀνεξαπόρητος τῆς
 ἀληθοῦς τηρεῖ τὸν μαθητήν. Has *Eclogas* esse par-
 tem *Hypotyposeon* Clementis Alexandrini, non ab-

magistris in Oriente didicisset, vocare ἀνατολικὴν
 διδασκαλίαν. Quæ conjectura num admittenda sit,
 necne, alii judicent. — De Theodoto, cuius memi-
 nit Ignatius, epist. interp. ad Trallianos, cap. 11,
 vide quæ ibi adnotavit Cotelierius. HART.

(21) Vide Combefisii, tom. I, *Auctar. noviss.*,
 pag. 194, et Rich. Simonis *Bibliothecam criticam*,
 Gallice editam, tom. I, pag. 66.

(22) Fuerunt quidem viri docti, quorum aucto-
 ritas apud me multum valet, qui suaderent, ut in
 nova hac edit. retinerem libellum illum cum ver-
 sione notisque Combefisii. Enimvero quod in edit.
 Potteri, pag. 966 sqq., textui Græco adjuncta est
 versio Lat. Roberti Pearse, et subjunctæ sunt notæ
 Sylburgii, Combefisii et pauca Potteri; atque operis
 redemptor urget flagitatumque, ut vela contraham;
 aliorum consilio obsecutus ea omnia in nova hac
 edit. omittere statui. Si plures velint, ut saltem
 recudatur Combefisii versio Lat., hæc forsitan in
 supplementis locum habebit. HART.

(23) Georgio Wachtero, ecclesiaste Memmingensi.
 FABR. Inscriptio haud urbana hæc est : *Augen-
 scheinliche Erweisung, dass der vermessene Ketzer-
 Patron, Gottfried Arnold, das valentinianische Ketzer-
 Fragmentum Theodoti weder verständlich, noch
 treulich übersetzet, und damit seine schlechte Wis-
 senschaft in der griechischen Sprache selbst verrathen
 habe.* Id.

(24) In edit. tamen Potter., pag. 989 sqq., le-
 guntur Gr. cum versione Lat. notisque Sylburgii
 atque Combefisii et paucis Potteri. Id.

surde conjiciunt viri doctissimi: haud omittendum tamen est, easdem ab Acacio et Damasceno, ut e locis pluribus, supra a me descriptis, patet, habitas fuisse pro octavo *Stromatum* libro.

Operum Clementis Alex. codd. et editiones.

Plures codd. jam passim laudavit Fabricius. De codice membr. Florent. Medic. Laurent. sæc. XI, qui continet *Stromata*, cujus Fabr. supra in § 3 meminit, plura scripsit Bandin. in *Cat. codd. Gr.* I, pag. 12, qui præter ea post Fabricium (supra § 5) observat, cod. Claromontan. rec. a Nourrio memoratum, videri e Mediceo descriptum. Codicem illum præstantissimum olim fuisse apud Basilianos Messanenses monachos, putabat Montf. in *Bibl. bibliothecar.*, I, pag. 234. — In eodem codice sunt *Excerpta ex libris Theodoti et Selecta prophetarum.* — *Pædagogii* libri III, *Κλήμεντος λόγοι* dicuntur in codice XXIV, plut. V, cum notis incerti auctoris margin. quem Bandin., l. c. I, pag. 49 seq., uberius describit. Libri in cod. dividuntur in capita, et singulis capitibus præmittuntur argumenta. Illos libros excipiunt *Hymnus Christi servatoris*, S. Clementis et Versus incerti in Clementis *Pædagogum*. Illo cod. usus est quoque Victorius; sed omisit scholia quædam, caractere ligato et currenti ab eodem scriptore codicis in ora libri hinc inde adjecta, quorum quædam Bandinius descripsit et promulgavit. Idem calligraphus, ait Bandin., ut ostenderet consensum textus Clementis cum quadam Arethæ, archiepiscopi Cæsariensis, interpretatione, desumpta forsan ex ejus *Catena in Apocalypsin Joannis*, longum scholium in ora libri descripsit, cujus initium ac finem edidit Bandin. — In codd. VIII, n. 5^o, plut. IX (a), sunt inter breves definitiones SS. PP. de substantia et natura, etc., excerpta ex Clem. Alex. Sermone de Providentia. (Band., I, pag. 402.) — Cod. Alex. Clem. cui Stephan. multas adscripsit notas, Francofurti ad Moen, memorat Folard., in *Histoire d'un Voyage littéraire, fait en 1753*, etc. Hagæ Com. 1755, mai. 12, teste Stollio, in notitia illius bibl. (Kurze Nachricht von den Büchern — in *der Stollischen Bibl.*) tom. I, p. 563. — Loca Clem. occurrunt in *Catenis* in Psalmos, in Jobum et IV Evangelia, et citatur Clem. in *Florilegio sententiarum*, in Violario compos. et a J. Cantacuzeno contra Palamam. (Bandin. I, pag. 34, 52, 161, 253, 347 et 549.) — *Pædagogii* tres libri in cod. Veneto D. Marci, cum lemmatibus singulis capp. præfixis, et notis nonnullis ad oram conjectis, vid. Villosion, *Anecd. Græc.* II, pag. 98 et pag. 249. — In cod. biblioth. Mutinensis *Προρρητικὸν Παιδαγωγικόν* et Hymnus, ut in editis, teste Montf. in *Diario Ital.*, pag. 31.

Neapoli, in *bibl. Regia*, cod. CI.XV continet: Clem. Alex. *Pædagogum*; Hymnum ad Christum et anonymi Versus in Clem. *Pædagogum*; excerpta

A longiora ex VII libris *Stromatum*. Inc. *τέρατα προφητικὰ καὶ ἐκδόσεις καιρῶν καὶ χρόνων ὁ τῆς σοφίας μαθητῆς* quæ in editis initio libri I mutilis desunt. — Teste Montfauc. in *Bibl. bibliothec. mss.* I, pag. 14, inter codd. Vatic. Romæ *Quia dives salvetur* opusc. et alia inter Clementis papæ opera nominantur: fragmenta Clem. Alex. in *Catenis* in Exodum, Job, Epp. ad Corinth. et Galat., in Matthæum et Lucam sunt in pluribus codd. Vatic. ibid. (uti in *Catenis* in codd. Coisl. Vindob. August. Vindel. aliisque). — Romæ, in bibl. Otobon. *Stromatum* fragm. in II codd. recent., nec non *Stromata* bis, et *Pædagog.* (ibid., pag. 183 et 190), et ibidem, in *Bibl. Patrum S. Basilii* (ib., pag. 198, D.). — In Galliis inter codd. abbatæ S. Petri de Selincurte, dioc. Ambianensis, *Admonitio ad gentes et Pædagogus* (ibid. II, pag. 1198). — S. Clementis *Vita*, etc., in cod. bibl. Mediolan. (Ibid., I, p. 495.)

Paris., in *Bibl. publ.* (sec. catal. cod. tom. II) in cod. CDLI, A. C. 914, manu Baanis, notarii Arethæ, Cæsareæ archiepiscopi, exarato, Clem. adhortatorius liber ad Græcos, cum scholiis marg. et *Pædagogus*, sed desunt libri I decem capita prima, et undecimi initium: in cod. CDLII et DLXXXVII (in quo ea quoque desunt, quæ in cod. CCCLII, notavimus) *Pædagogii* libri III cum *Hymno in Christum*, et anonymi Versibus in *Pædagogum*. — In cod. CDXL fragmentum, ubi de sancto Joanne, theologo et evangelista, agitur. — Cod. Paris., coll. S. J., qui integrum *Stromatum* opus complectitur, varias lect. Montfauc. enotavit et ad Potterum transmisit.

In bibl. Coisl., secundum Montf., in cod. LXXXVI, ex libro *Quis dives sit salvus*, historia quædam, quæ est quoque ap. Eusebium III *H. E.*, cap. 23 (pag. 140). — Loca Clem. occurrunt in cod. CXII et CXIII, in Collectionibus sententiarum, rerum moralium et interpretationum, e pluribus script. eccles. excerptarum (pag. 186, 187; sic quoque codd. Augus. Vind., teste Reisero, pag. 22 et 39 catal.); — in cod. CCLIX, in Anastasii responsionibus, etc. (pag. 305); — in cod. CCLXXVI, in Damasceni *Parallelis* (pag. 390); — in cod. CCLXXXIV, in Damasceni *Eclogis* (pag. 412).

Codices seqq. qui in Anglia asservantur, et a Pottero sunt collati, ab eo nominantur in *Præfat.* Oxonii: In cod. bibl. novi Collegii, *Cohortatio ad Græcos*, una cum duobus *Pædagogii* libris posterioribus eorumdemque nonnullis fragmentis: — in cod. Bodlei. et alio, qui exstat in bibl. regis, *Pædagogii* III libri. — Ad Clementis periochas, quas Eusebius operi *De præpar. evang.* inseruit, emendandas, utilis fuit cod. Eusebii in biblioth. Collegii J. Baptistæ. — Præter ea, secundum catal. in codd. Angl. et Hibern., etc., in cod. Barocc. Bibl. Bodlei. nr. V, sunt ex Clem. Alex. aliisque excerptæ sententiæ, etc.; — in codd. Bodl. MCCCXXXII et

(a) Hæc Scholia, quæ ex codice Parisino evulgavit Reinholdus Klotz in sua editione Operum Clementis (Lipsiæ, 1850-51, in-12), exstant tomo II nostræ recensioneis. EDIT. PATR.

MMXCIV, Clementis aliorumque glossæ ad VII Epp. canon. et Epp. catholicas min. N. T. — In bibl. Jacobæa nr. MMMMMMDLXXV (tom. II *catalog.*, p. 276), Clem. *Pædagogus*. — Dublini in cod. ccccxviii Collegii S. Trinit. excerpta ex Clem. *Protreptico*, a Gent. Herveto verso, et ex *Pædagogo*.

Vindobonæ in bibl. Cæsar. in cod. xxxix, n. 5, et cod. L, est frag. ex Clem. oratione: *Quis salvetur dives?* (Lambec., *Comment.* III, pag. 190, seq., et 193.) — Monaci in bibl. Bavar., cod. chart. clxx, orat. exhortatoria ad Græcos (*catalog. codd.* pag. 66). — Augustæ Vindel. *Stromatum* epitomes fragment. in cod. ex quo quædam restituta fuisse in ed. Commel. observavit Hæschel ap. Reiser., pag. 27 cat., et Sylburg. in fine suarum not. ad Clement. Alex., ubi quoque memorat codd. Palat., in quorum uno recent. fuit *Pædagogus*, in aliis excerpta; atque cod. Guil. Xylandri. HARL.

Græce scripta Clementis, hactenus memorata, prodierunt e bibl. Medicea, collato ad *Protrepticum* et *Pædagogum* etiam Rodulphi Pii, antistitis Carpensis, codice, recensente Petro Victorio, cujus præfatio ad Marcellum Cervinum, cardinalem S. Crucis (postea per xxii dies pontificem Max. Marcellum II), præligitur, Florentiæ 1550, fol. Hæc editio manu Josephi Scaligeri passim notata fuit in bibliotheca Grævii. FABRIC. Exemplar, in membranis impressum, exstat Florent., in bibl. Magliabech., vid. Bandini cat. codd. Gr. Medic. I, pag. 12, et in præf. præmissa edit. *Epistolarum claror. Italorum et German.*, etc., Florent., 1759, tom. I, p. XLII, atque Hamberger Z. N. II, p. 489. In bibl. Leidensi est exemplar, cui nonnulla ascripsit Hadr. Junius. (*Catal. bibl.*, p. 35.) HARL.

Ex recensione et cum castigationibus Frid. Sylburgii. Heidelbergæ ap. Commelin. 1592, fol.

Latine *Protrepticus* et *Pædagogus* Gentiano Herveto, et libri VIII *Stromatum* Cyriaco Strozza (25) interprete, Florent. 1531, fol., apud Laurentium Torrentinum.

Protrepticus, *Pædagogus* et *Stromata* (26) Gentiano Herveto, Aureliano et Ecclesiæ Remensis postea canonico, interprete, cum ejus scholiis Basil. 1556, fol., ap. Froben. et 1566, fol., Paris. 1566, 8, 1572 et 1590, fol., et denique in *Bibliotheca Patrum Lugdunensi* tom. III, a. 1677, fol., ex Dan. Heinsii recognitione, et scholiis Herveti amissis.

Græce et Latine cum Herveti versione per Dan. Heinsium recensita, notisque et castigationibus Frid. Sylburgii et Danielis Heinsii, Lugd. Bat. 1616, fol. Hæc editio cum pluribus notis mss. Davidis Blondelli fuit in bibliotheca Samuelis Cruteri ecclesiastæ Harlemlensis.

Clem. Alex. *Admonitio*, *Pædagog.*, *Stromat.* La-

(25) Papius Massonus *Strozzae Vita* tom. II Elogior., p. 229: *Stromata* item *Clementis Alexandrini*, *adolescens cum esset*, *primus omnium Latinitate donavit.*

A tunc inter Franc. Rous *Mella Patrum*. Lond. 1630, 8, p. 149-292. HARL.

Recusa hæc editio additis Frontonis Ducæi notis, Paris. 1629, fol., et minus emendate 1641, *ibid.* et Coloniae (sive Witebergæ potius), 1688, fol.

Clementem Alex. emendatissimum et auctum se habere, et in notis ad ipsum Clementem emendationes Heinsii diligenter examinatum se olim testatus est J. Croius cap. 21 *Observatt. in Nov. Test.*, pag. 172. Sed illa Clementis editio nunquam proliit.

In bibliotheca Jesuitica leges Clementem Alex. notis illustratum a Jacobo Deshans, S. J.; verum nec illæ notæ editæ sunt.

Plenior cæteris, cultior et ex codd. emendatior, ed. cum notis Sylburgii, Heinsii, Wilh. Lowthii aliorumque VV. DD. est a Pottero curata: qui *Protrepticum* de integro vertit, in cæteris castigavit, ad Græca interpretationem Herveti, aliaque adjecit utilia. Est autem inscripta:

Κλήμενος—*Clementis Alex. Opera quæ exstant, recognita et illustrata per J. Potterum*, episcopum Oxoniensem. Oxonii, e theatro Sheldon. sumpt. Ge. Mortlock, bibliop. Londinens. 1715, fol. Addita sunt supplementa, a Fello litigioque edita, et fragmenta a Grabio collecta. Adjectus est Herveti *Comment. in Opp. Clementis. V. Acta erud.* a. 1717, pag. 97, sqq. — Recusa est illa editio Venetiis, ex typogr. Ant. Zatta, 1757, II voll. in fol. cum fragmentis novis ex Fabricio, ac *Vita Clementis* ex tomo III Adriani Baillet desumpta et Latine reddita. Fabricius autem fragmenta, quæ in exemplo Potteri partim solummodo Græce exstant, partim in eo desiderantur, ex codd. mss. aut libris editis collegerat, et Gr. ac Lat. publicarat ad calcem tom. II *Opp. Hippolyti* ab ipso ed. pag. 66, sqq. — *Fragm.* sunt quoque in Gallandii *Bibl. vet. Patrum* II, pag. 153. HARL.

De scriptis Clementis Alexandrini diligentissime egit Nicolaus Nourrius libro tertio integro *Apparatus ad Bibliothecam Patrum*; nam et analysis singulorum post Abrahamum Scultetum, Eliamque Dupinium dedit plenior, et de doctrina ipsius atque ad varia Clementis loca observationes magno numero, et Chronographicam tabulam addidit qua Clementis supputatio cum Eusebiana et Syncelliana confertur, et de auctoribus, quos laudat Clemens, copiosius disseruit. Paris. 1705, fol. p. 622-1562. Vide etiam quæ de Clementis doctrina notavit Ittigius in selectis *Hist. eccles.* capitibus, sect. II, pag. 250, sq. FABR. Iis, quæ cum passim ad hoc caput, tum in *Introd. in Hist. Lat. Gr.* II, 2, pag. 209, indicavi scripta, addi possunt:

I. G. Walchii *Exercitat. de Clemente Alex.* eque erroribus, lenæ 1757, 4, rec. in ejusdem *Mi-*

(26) In Gentiani versione et commentariis plura reprehendit Nourrius, quem vide *Apparatu ad Bibl. Patrum*, pag. 902 sq. [et Potterus in præf.]

scell. sacr. pag. 510, lib. III. — J. Fabric., in *Hist. A biblioth. Fabricianæ*, I, pag. 78 sq.

Fabricius in *Delectu argumentorum . . . pro veritate relig. Christ.* pag. 58, sqq., ubi de Clemente Alex. agit, quædam addit, quæ hic repetam :

« Adversus Guil. Whistonum, qui Clementis scripta tanquam juvenilia contemnit, I. Ern. Gradius in libello posthumo *Some instances of the defects and omissions in Mr. Whistons collection of testimonies*, Londin. 1712, 8 (27), pag. 11, ostendit ex lib. 1 *Strom.* pag. 276, jam *χρόνον μῆκος* intercessisse, ex quo magistros suos audiverat Clemens, quos p. 274 testatur, sancte servasse beata dogmata, quæ a Petro, Jacobo, Joanne et Paulo acceperunt.

« Notæ in Clementem affectas se habuisse testatus est Ægidius Menagius, in *Menagianis*, tom. I, pag. 385.

« Inter Joannis Mariæ Borzini Ord. Prædic. affecta opuscula Oldoinus in *Athenæo Ligustico* refert Logicum Clementis Alexandrini explanatam. »

J. Tribbechovii *Diss. de vita et scriptis Clementis Alexandrini*, Halæ Magdeb. 1706, 4. Hæc quidem disp. nihil novi continet; sub finem tamen (§ xxv-xxx) bene colliguntur et recensentur nævi Clementis, primum ii qui ad philologiam, deinde ii qui ad theologiam pertinent. — Altera ejusdem J. Tribbechovii *Diss. in Clementem Alexandrinum*, eaque de philosophiæ definitione, præmissa pleniore analysi libri 1 *Stromatum* ex Apparatu Nourrii ad *Bibliothecam PP. maximam*, Halæ 1706, 4, est ad meliorem C librorum atque indiciorum quorundam Clem. intelligentiam interdum efficacior. Num Tribbechovius, quem in ultima paragrapho promississe videtur, continuaverit laborem, equidem ignoro, et sepe dubito.

J. Jortin scripsit obs. in Clement. Alex. in suis *Remarks on ecclesiastical. History*, Lond. vol. II, 1751, 8, pag. 553; — vol. II, 1752, pag. 378, 401.

Jo. Custph. Dommerichi *Progr. de λόγῳ Patrum* (præcipue Justini martyris et Clementis Alexandr.), Helmstadt. 1760, 4. De λόγῳ Clem. acute docteque Semlerus quoque disputat l. supra cit., — atque J. Ge. Arn. Oelrichs in *Comment. de vera et certa eorum qui medio secundo atque ineunte tertio sæculo floruerunt Patrum, de ratione s. relatione Filii, seu Verbi cum Patre sententia*, Gottingæ 1787, 4, p. 54, sqq.

Darstellung der moralischen Ideen des Clemens von Alexandrien und des Tertullian. Ein Beitrag zur Geschichte der Christlichen Sittenlehre, von Wilh. Münscher (prof. theol. Marburg.) in *D. Henke Magazin, für Religionsphilosophie, Exegese und Kirchengeschichte*, etc., tom. VI. Helmstadt. 1796, 8, ur. 6.

D. D. (h. e. Josephi Wassii) *Obs. in auctorem Titanomachia*, ap. Clem. Alex. laudatæ, in *Miscell.*

(27) Conf. Brüggemann. *View.*, etc., pag. 373.

(28) Conf. de hoc Ittigii suppl., *Acta erud.*, Lips., a. 1700, pag. 451, sqq. HARL.

(29) In adumbrationibus quæ exstant, nullæ ad

observat. vol. IV, tom. I, pag. 72, sqq., et K. *Obs. seu conjectanea quedam in Clem. Alex. Stromatum librum 1*, ibid. pag. 103 sqq. HARL.

Tho. Holzclau *Diss. de Clemente et ejus morali doctrina*, Wirceb. 1779, 8. Add. Rosenmüller, *Hist. Interpr. LL. S.*, tom. I, p. 209. Flügge, *Gesch. d. theol. Wiss.* tom. I, p. 177 sq., 343 sq.

Supplementum Operum Clementis Alexandrini.

Hoc cum præfatione erudita et fasciculo Miscellanearum ad Hist. ecclesiasticam spectantium observationum editum Lipsiæ 1700, 8, ab eodem præclaro doctore meo, Thoma Iuigio, complectitur (28):

1. Librum primum et lectione in primis dignum, qui inscribitur: *Τὸς ὁ σωζόμενος πλούσιος; Quis divus salvetur?* Clementi hic discrete tribuitur ab Eusebio, III, 23, VI, 13, Hieronymo aliisque et Photio, qui codice cx1 testatur in quibusdam exemplaribus hunc libellum fuisse loco octavi *Stromatum* libri. Unde non mirum, quod Anastasius Sinaita in psalium VI (ap. Combefis. tom. I *Auctar. noviss.*, pag. 966), *Ἐκ τιμῆς τῶν στρωματικῶν Clementis λόγων* afferre se ait narrationem de Joanne apostolo, juvenem perditum persequente et ad frugem reducete, quæ capite ultimo hujus libri exstat, repetiturque inde ab Eusebio III, 23, *Hist.*, et aliis quos laudavi ad Abdiam V, 3, pag. 536. Codicis apocryphi Novi Test. meminit iterum Anastasius pag. 934, ubi Clementem *τὸν ιστορικὸν Ἀλεξανδρεῖτα* appellat. Igitur haud dubie Clementis est, non Origenis, licet in ms. Vaticano Origenis in Jeremiam homilias adjunctus, atque inde sub falso Origenis nomine editus sit a Mich. Ghislerio tom. III *Commentar. in Jeremiam* (Lugd. 1633, fol.), p. 262, cum versione Jo. Matthæi Caryophili. Sed in præfat. c. 7, § 4, ipse errorem Ghislerius agnovit, et Clementi vindicandum illum librum statuit, sub cujus nomine cum nova versione et notis edidit Franciscus Combefisius, nullo alio ms. codice usus, in *Auctario noviss. Bibliothecæ Patrum*, tom. I, pag. 1672, fol. Ex Combefisii editione recusus Latine in *Bibliotheca Patrum*, Lugd. a. 1677, tomo III, ac Græce et Latine cum succinctis J. Felli, Oxoniensis episcopi, scholiis, Oxon. 1683, 12, e theatro Sheldoniano, sed notis Combefisii omissis, quas suæ tamen editioni præter Felli scholia, et varias e Ghisleriana et Combefisiana lectiones, Ittigius adjunxit. FABRIC. Rec. Oxon. in ed. Potteri Felli que notis subjectis textui quem excipiunt p. 961 sq. notæ Combefisii. HARL.

2. Adumbrationes in aliquot epistolas canonicas, ex veteri Latina versione, de qua Cassiodorus c. 8 *Institut. divinarum litterarum: In epistolis canonicis Clemens Alexandrinus presbyter, qui et Stromateus vocatur, id est, in Epistola S. Petri prima, S. Joannis prima et secunda, et Jacobi* (29) quædam Attico (30)

Epistolam Jacobi, sed in Epistolam Judæ leguntur. Et de Epistola Judæ meminit etiam Eusebius VI, 14; ubi Clementis *Ἰστορικῶς* refert.

(30) l. e. Græco.

sermone declaravit. Ubi multa quidem subtiliter, sed aliqua incaute locutus est: quæ nos ita transferri fecimus in Latinum, ut exclusis quibusdam offensivis purificata doctrina ejus securior potuisset hauriri. Clementem in Hypotyposicon libris etiam Epistolas catholicas interpretatum testantur Eusebius iv, 14, Hist. et Photius cod. cix. Verisimile igitur, ex illo opere (31) Cassiodorum, Adumbrationes hæc, quo ipso forte vocabulo Græcum Υατυπόσιον exprimere voluit, excerptas curasse, quas Latine Ittigius dedit post editiones in Bibliothecis Patrum, Paris. 1575 (tom. VI Par. 1576, fol.), 1589, 1634, et Lugd. 1677, et post editionem Oxoniensem ad calcem libri De divite salvando 1683, 12 (in ed. Potteri pag. 1006, sqq.).

3. Fragmenta Clementis Alex. a Jo. Fello collecta ex Nicetæ in Jobum et Corderiana in Lucam Catena, quibus alia Ittigius addidit tum ex eadem in Jobum, tum ex Nicetæ in Matthæum Catena, ex Eusebio item atque Œcumenio. His ceterisque, quæ in præfatione etiam monent adjungenda esse, adhi potest fragmentum Clementis, quod exhibet Catena in Pentateuchum, Latine edita a Francisco Zephyro, p. 146, licet consimilia quodammodo leguntur v Strom., pag. 564: Nomen illud mysticum quod vocant tetragrammaton, quo tantum muniebantur illi, quibus adytum pervium erat, sonat Jehovah, quod interpretatur qui est et qui erit; candelabrum vero, quod australem plagam adabat altaris, septem planetas referebat, qui per meridianam regionem circumagi nobis videntur, cui terni utrinque rami consurgunt, quoniam sol quasi candelabrum mundi medius inter alios planetas divina sapientia libratus sua luce superiores lustrat et inferiores. Ad alteram partem ipsius aræ posita erat mensa, in qua panes proponebantur, quod ex ea parte cæli status nobis vitales et almi adpirent. FABR. Hæc et plura alia, a Græbio collecta, etiam id, quod Fabr. h. I. produxerat, reperiuntur in Oxon. Potteri edit. p. 1011 sqq. Editioni Venetæ Potter. ea, quæ Fabric. calci edit. suæ Hippolyti adjecerat, esse addita, supra me jam monere memini. HALL.

Scripta Clementis deperdita.

1. Hypotyposeon (32) sive compendiosarum S. Scripturæ enarrationum libri VIII, ex quibus petita videntur, quæ hodieque exstant, excerpta Theodoti, et Adumbrationes in aliquot Epistolas catholicas, ut jam dixi. Meminit Euseb. i, 12, ii, 1, 9 et 45, et vi, 13 et 14, Hist., Hieron. in Catalogo, c. 38, Photius cod. cix, cxi. Fragmenta ex illis præter Eusebium locis laudatis et Œcumenium in Epistolas Pauli, servavit Chronicon Alex. p. 924 edit.

(31) Levia sunt, quæ conjecturæ huic opponit Nourrius, pag. 1320.

(32) De hoc vocabulo, quod brevem et succinctam (quæ compendio et ὡς ἐν τύπῳ fit) expositionem significat, dixi ad Sexti Empirici libros Hypotyposeon Pyrrhoniariun.

A Cangii, S. Maximus ad Dionys. e. 1 De mystica theol., pag. 17, et Jo. Moschus in Prato spiritali, cap. 176 55, quem locum, cum laudasset Baronius ad A. C. 31, n. 40, ut protaret Petrum a Christo baptizatum esse, Richardus Montacutus lib. ii Originum eccles. pag. 52: En tibicinem, inquit, ruituro aliqui parieti? Clemens ὁ παλαιός adnotatur in partes ex Hypotyposibus, sed citatus a Sophronio in Prato spiritali. Neque enim Baronius Clementis, credo, ridit Hypotyposes. Certe magnus auctor Clemens, licet nimis interdum credulus apocrypticis narrationibus et rumoribus ab incerta traditione. Secundo criticorum quidam nominatissimi opus illud Hypotyposeon non lectum sibi risum (sed περί παντός ἔργος καὶ μὴ ἔργος judicantur critici) derocant in quaestione. Quod si exstaret, multiplici procul dubio doctrina, ut ille alter λόγος σπρωματικός nos recrearet. Sed an ille antiquissimus et eruditissimus Pater tale aliquid retuleris in Hypotyposibus, tum tandem intelligemus, cum Patres Societatis qua summa polleant gratia et auctoritate apud hodiernum patriarcham Alexandrinum, illud opus tessellatum in usum publicum Ecclesie impetraverint. Scribebat enim aliquando doctissimus Fronto litteris ad clarissimum Sorilium missis, apud illum patriarcham librum hunc exstare.

2. Σύγγραμμα Κλήμεντος τοῦ Σπρωματικός ἐπὶ τὸν ἀρχεπίτην Ἀπόλῃ memorat Palladius in Historia Lausiaca, pag. 147 edit. Meursii.

3. Περὶ ἀποροίας, ex quo fragmenta apud S. Maximum tom. II Opp., pag. 144, 152, itemque aliud ex mss. Reg. apud Nourrium, pag. 1336 sq. Apparatus ad Bibl. Patrum. Fragmentum insigne ex Clem. Alexandr. libro i ἀποροίας exstat apud Anastas. Sinaitam quæst. xcvi. FABR. — Frag. in Pott. edit. pag. 1016, sq., — et in append. Fabr. in edit. Veneta. In cod. Laurent. Med. esse excerpta ex Clem. sermone De providentia, ex Bandin. i, pag. 402, supra jam adnotavimus. HALL.

4. Περὶ τοῦ Πάσχα σύγγραμμα. Euseb. iv, 26, vi, 13; Hier. De script. eccles., c. 38; Phot. cod. iii. Fragmenta in Chronico Alex., pag. 7 edit. Cangii. Et in Petavii Uranologio, pag. 214. In hoc libro testatus, Eusebio teste, fuit Clemens, se a fratribus adactum ad scripto consignandas παραδόσεις, quas ab antiquioribus presbyteris acceperat. Per has nolim Constitutionum apostolicarum opus intelligere cum doctissimo Beveregio; sed illud ipsum de Paschate opus, in quo traditiones antiquiorum de hoc argumento exposuerat. [Fragm. in Potteri. edit. pag. 1017.]

5. Διαλέξεις περὶ νηστείας. Hieron. De jejunio

(35) Fragmenta v. in præf. Ittigii ad suum Supplement. et edit. Potter. Oxon., pag. 1014 sqq., et pag. 1023. — Jacturam Hypotyposeon valde dolet Semler, l. c., pag. 155. Conf. Jo. Frauc. Buddei, Isagoge ad universam theologiam, pag. 545. HALL.

disceptatio, quasi legisset *διάλεξις*, non *διαλέξις*. A *allegorice interpretandis*, Strom. vi, pag. 580: Apud Photium tantum est *Περὶ ἠρηστίας*.

6. *Περὶ καταλαλλίας*. Hieron. *De obtreptione, liber unus*. Phot. *Περὶ κακολογίας*. [Vid. fragm. in Pott. ed. pag. 1020, sq.]

7. *Προτραπτικὸς ἐς ὑπομονήν, ἢ πρὸς τοὺς νεωστὶ βεβαπτισμένους*. Euseb. vi, 13, *Histor.*

8. *Κανῶν ἐκκλησιαστικῶν, ἢ πρὸς τοὺς Ἰουδαϊζοῦντας*. Hieron. *De canonibus ecclesiasticis et adversus eos qui Judaeorum sequuntur errorem, liber unus, quem proprie Alexandro, Hierosolymorum episcopo, προσεφώνησε*. Canonum apostolicorum collectionem, quæ hodie exstat, per hoc opus ab Eusebio et Hieronymo innui, non crediderim. Sane Photius, qui mox lectos a se canones apostolorum cod. cxii commemorat, Clementis, Romani, sub nomine, inter ea, quæ a Clemente Alex. scripta non ipse legit, sed memorari tantum ab aliis meminit cod. cxi, referi *Περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν κατὰ τῶν ἀκολουθούντων τῇ τῶν Ἰουδαίων πλῆρῃ*. Atque unius, non duorum scriptorum hunc esse titulum, Eusebius et Hieron. dubitare nos haud sinunt. Fragmentum Clementis *Ἐκ τοῦ κατὰ Ἰουδαϊζούντων servatum in Nicephori CPol. Antirrheticis* mss. Græcè et Latine edidit Nourrius p. 1334, *Apparat.* [et in Fabr. *append. in ed. Pott. Veneta, circ. fin.*].

9. *Ὅροι διάφοροι*. Jo. Veccus de processione Spiritus S., apud Allatium in *Græcia orthodoxa*, tom. I, pag. 248: *Ἄλλα καὶ ὁ Κλήμης ὁ Στρωματικὸς ἐν οἷς συντέθειτο διαφόροις ὅροις ὥστε παντὸς εὐσεβοῦς δόγματος προηγεῖσθαι αὐτοὺς τῷ βουλομένῳ θεολογῆσαι μετέπειτα, οὐρίδμενος τί πνεῦμα, καὶ ὁσαυτὸς λέγεται πνεῦμα, φησὶ· Πνεῦμα μὲν ἐστὶ λεπτὴ καὶ ἀδύλος καὶ ἀσχημάτιστος ἐκπορευτικὴ ὑπαρξίς*. [In *append. Fabric. in edit. Veneta.*]

10. Plura scripta sua sive memorat sive promittit Clemens ipse (34), ut *De principiis*, Strom. iii, p. 431: *Ἄλλὰ πρὸς μὲν τούτους (Μαρκιωνιστὰς) ὁπότ' ἂν τὸν Περὶ ἀρχῶν διαλαβάνωμεν λόγον, ἀκριβέστατα διαλεξώμεθα*. Libro, *Quis dives salvetur?* § 26, *ὁπερ ἐν τῇ ἀρχῶν καὶ θεολογίας ἐξηγήσει μυστήριον τοῦ Σωτῆρος ὑπάρχει μυστῆρ.* Iterum meminit hujus tractationis, iii Strom., pag. 434: *Ἐπειδὴν δὲ περὶ τῶν ἀρχῶν διαλαβάνωμεν, etc.* Hic est *ἀρχικὸς λόγος*, de uno Deo, qui per legem et prophetas atque Evangelium prædicatur, quem promittit, Strom. iv, pag. 510, licet jam de hoc argumenta quædam dixisset iii, pag. 457, seq.

De prophetia. Strom. v, pag. 531: *Καὶ ὅτι ποτὲ ὄντι τὸ ἄγιον Πνεῦμα, ἐν τοῖς Περὶ προφητείας καὶ τοῖς Περὶ ψυχῆς ἐπιδειχθήσεται ἡμῖν*. Adde iv, pag. 511.

De membris et affectibus, quando de Deo dicuntur,

Ἄλληγορεῖσθαι δὲ τινα ἐκ τούτων τῶν ὀνομάτων, ὀσιώτερον, ἢ δὴ καὶ προϊδόντος τοῦ λόγου κατὰ τὸν οἰκτεῖον καιρὸν διασαφῆσομεν.

De angelis. Strom. vi, pag. 631: *Ἄλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν τῷ Περὶ ἀγγέλων λόγῳ προλούσης τῆς γραφῆς κατὰ καιρὸν διαλεξώμεθα*.

De diabolo. Strom. iv, pag. 507: *Ἄλλὰ πρὸς μὲν τὰ δόγματα ἐκεῖνα εἰ μετεστωματοῦνται ἡ ψυχὴ, καὶ περὶ τοῦ διαβόλου κατὰ τοὺς οἰκτεῖους λεχθήσεται καιροῦς*.

Περὶ γενέσεως κόσμου. Strom. vi, pag. 698; *Περὶ τῆς ἀνθρώπου γενέσεως*, Strom. iii, p. 466. Hinc Eusebius *De Clemente*, vi, 13, *Hist.*: *Ἰγισχυεῖται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ εἰς τὴν γένεσιν ὑπομνηματισθῆναι*.

De Ecclesiæ unitate et excellentia, Strom. vii, pag. 765: *Ἄλλὰ καὶ ἡ ἐξοχὴ τῆς Ἐκκλησίας καθ' ἃπερ ἡ ἀρχὴ τῆς συστάσεως κατὰ τὴν μονάδα ἐστίν, πάντα τὰ ἄλλα ὑπεβάλλουσι καὶ μηδὲν ἔχουσα ὅμοιον ἢ Ἴσὸν ἑαυτῇ. Ταῦτ' ἡμῶν ὄντι ὄντι*.

De officiis episcoporum, presbyterorum, diaconorum et viduarum videtur promittere se alio opere acturum iii, ult. *Pædagogii*, pag. 265.

De animi ὁμηρία ἂν περὶ ψυχῆς διαλαβάνωμεν, Strom. iii, pag. 432. Adde iv, p. 591. [Fragm. Potter. pag. 1020.]

De resurrectione, *Pædagogii*, ii, 20, pag. 199: *Ὡς ἐν τῷ Περὶ ἀναστάσεως διὰ πλειόνων δηλωθήσεται, et lib. i, c. 6, p. 104: Ἄλλὰ γὰρ αὐθις ἡμῖν σαφέστερον τοῦτο ἐν τῷ Περὶ ἀναστάσεως δηλωθήσεται*.

De nuptiis, ἐν τῷ γυμικῷ διέξιμεν λόγῳ. *Pædagogii*, iii, 8, p. 237. Nisi forte respicit, quæ ii, 10, *Pædagogii* de illo argumentò, aut tertio *Stromatum* disseruit. [Fragm. Potter. pag. 1022.]

De continentia, καὶ τοῦτο ἐν τῷ περὶ ἐγκρατείας ἡμῖν δεδήλωται, *Pædagogii*, ii, 10, p. 193. In eodem forte λόγῳ disputaverat de eo, quid vere sit turpe et obscenum, quod ii, 6, *Pædagogii*, p. 169, testatur se fecisse: *Δειλῆσαν δὲ βαθυτέρῳ λόγῳ ὡς ἄρα οὐδὲ ἐν ὀνόματι, οὐδὲ μὴν ἐν τοῖς συνουσιαστικοῖς μερλοῖς καὶ τῇ κατὰ γάμον συμπολοκῇ ἢ τοῦ ὄντως ἀσχροῦ προσηγορία τάττεται*. Videtur itidem librum tertium *Stromatum* innuere, in quo pag. 434, diserte: *Ὁ δὲ περὶ ἐγκρατείας ἡμῖν προβαίνετω λόγος*.

Adversus hæreses, Strom. iv, pag. 510, ubi se unum Deum adversus illas demonstraturum promittit. Contra philosophorum sententias de summo bono, ii Strom., pag. 419. Contra hæreticorum γυνῶν profanam, vii Strom., pag. 722. Sed forte non peculiare hi libri fuerunt, verum ut in *Stromatis* passim facit, ita et in *Hypotyposibus* hæreticos illos et philosophos oppugnare potuit.

(54) Confer Nourrium, pag. 1337 seq. [et indicem scriptorum a Clem. Alex. citatorum].

LECTORI S.

(Ed. Oxon. 1715.)

Cum mihi semper in votis fuerit, primo ut Christianæ Ecclesiæ, deinde ut Reipublicæ Literariæ pro viribus insererem; non posse videbar horas illas, quæ cum c. Regii S: theologiæ professoris munere, tum a reliquis, quæ mihi incumbunt, curis ac negotiis vacabant, cuiquam alii studio vel jucundius vel utilius impendere, quam emendandis, explicandis, publicique juris faciendis Clementis Alexandrini, antiquissimi doctissimiq; Patris, operibus, quæ supersunt.

Prima igitur cura fuit ut auctorem ipsum, quem fieri potuit, integrum et emaculatum exhiberem. Quo fine non solum impressos codices universos evolvi, in quibus, si Victorianum et Sylburgianum excipiamus, nihil fere accurati est; sed etiam manuscripta, quæcunque reperire potui, exemplaria diligenter perlegi, et perlecta cum editis contuli. Porro Cohortationem ad Græcos manuscriptam, una cum duobus Pædagogi libris posterioribus, eorundemque nonnullis fragmentis, suppeditavit Novi apud Oxonienses Collegii bibliotheca. Trium Pædagogi librorum codicem unum Bodleii, et huic in omnibus fere concordem alterum præbuit augustissimi regis nostri Bibliotheca. Ad insignes illas Clementis nostri periochas pristinae sanitati restituendas, quas operi De præparatione evangelica inseruit Eusebius, non leve adjumentum attulerunt libri ejus impressi, manuscriptumque exemplar, quod apud nos in Collegio D. Joannis Baptistæ asservatur. Veterum exemplarium inopiæ remedium non raro attulerunt antiquorum scriptorum libri, Platonis præsertim ac Philonis Judæi, e quorum posteriori non breves tantum sententias, sed integras etiam paginas, nonnullis omissis, aliis mutatis vel in epitomen redactis, prout instituto suo optime conveniebat, idque celato nonnunquam auctoris nomine, in Στρωματεῖς suos Clemens transtulit. Scriptum Stromatum exemplar nullum oculis meis perlustrare hactenus licuit. Verum hoc me, cum infortunio, tum onere levavit vir clarissimus Bernardus Montefalconius, qui pro acerrimo, quo semper ardet, humaniores litteras promovendi studio variantes lectiones non solum ex Ottoboniano, qui eorum prolixiora quædam fragmenta, sed ex Parisiensi etiam codice, qui integrum Stromatum opus complectitur, accurate descriptas ad me transmisit; quas, cum paulo serius advectæ non antea ad manus meas pervenerunt, quam priores quatuor libri, cum quinti principio, e prælo evasissent, ad calcem operis simul exhibendas curavi.

S. Scripturæ, necnon aliorum veterum librorum vocibus a Clementis nostri verbis distinguendis, quod nemo hactenus satis accurate præstitit, non parvus quidem labor, verum ei, qui auctorem hanc explicandum susciperet, in primis necessarius, impendendus fuit. Latinam vero versionem, seu novam concinnare, seu veterem emendare, majoris adhuc operis res erat. Nam Herveti interpretatio, quæ in hominum manibus ut plurimum versatur et posteriorum Clementis Editionum comes est individua, licet a doctis antehac viris in melius sæpe mutata; adhuc tamen in multis ab auctoris mente adeo aliena, in aliis manca et imperfecta, in quamplurimis ambigua et obscura est, ut sæpe in ipso Clemente nihil magis quam Clementem desideres, nec raro Latina potius a Græcis, quam hæc ab illis lucem expectent; et qui hanc denique, prout res exigit, corrigendam susciperet, Augæ plane stabulum purgare videretur. Proinde Cohortationem ad Græcos ex Græca Latinam iterum fecimus, ad Pædagogi forsitan ac Stromatum etiam libros progressuri, nisi alia nos studia, quæ diutius intermittere haud licuit, eo tandem compulissent, ut de Herveto potius ad Græcum textum accommodando deinceps cogitarem; qui, prout nunc apparet, etiamsi parum elegans et ornatus, in plerisque tamen, uti spes est, haud plene infidus habebitur Clementis interpres.

Græco ac Latino textui Sylburgii, Heinsii, aliorumque doctorum virorum Notas adjunximus, quas libri antehac editi, cum a se invicem, tum ab ipso etiam auctore nimium remotas in calce totius operis exhibentes, ingratas studiosis lectoribus moras injiciunt. His alias immiscuimus e philologicis hujus ac proxime superioris sæculi scriptoribus a nobismetipsis undique excerptas. In margine codicis sui, quem mihi, cum ad quartum Stromatum librum pervenissem, moriens legavit, nonnulla adnotaverat Grabius ὁ μακρῆτης. Post nullum vero mihi memorandum est W. Lowthius, Ecclesiæ cathedralis Winton. præbendarius dignissimus; qui non solum perpetuis fere in Clementem notas ultro mihi obtulit, sed etiam Cohortationem ad Græcos, et octo Stromatum libros pro diversa materiæ, qua constant, ratione, quatenus fieri potuit, in capita redegit. Hæc autem infra, propriis auctorum nominibus distincta, et suis quæque locis disposita, reperientur. Alios præterea rogavi amicos doctosque viros, ut symbolas suas conferrent; omnibus, qui ad auctorem nostrum illustrandum emendandumve aliquid tribuissent, gratias, quas possem, maximas habiturus. Utrum his usibus quadantenus inservire poterint, quæ nos e tenui nostro penu deprompsimus, æquus lector facile judicabit. Hæc porro excipiunt quæ de Clemente ejusque scriptis collegit vir clarissimus Joannes

Albertus Fabricius, una cum auctorum, quos laudavit Clemens, Indice locupletissimo; cui nos alterum adjecimus, qui S. Scripturæ sententias ab eo adductas monstraret. Sequitur Herreti Commentarius; ne quid eorum, quæ reliquæ Clementis editiones exhibent, in hac nostra desideretur. Agmen claudunt Indices duo, rerum prior, verborum posterior; quos maxima quidem ex parte Sylburgio debemus. Postremo, cum editionem Sylburgianam ac Parisienses duas in manibus doctorum præcipue fuisse viderem, harum paginas in Græci textus, illius vero in Latini margine curavi perpetuo describendas.

Hæc præcipue sunt, amice Lector, quæ de hac nostra Clementis Alexandrini editione admonitum te vellem. Quod si ea paulo quam expectaveras serius prodeat, vel si publici nunc juris facta votis tuis minus respondeat, id aliqua saltem ex parte oculatorum meorum imbecillitati imputes, rogo; quæ cum in Pædagogo versantem primo invasisset, adeo tandem invaluit quinto Stomatium libro sub prælo sudante, ut alienis multo plus quam propriis deinceps fidere dura me, sed prorsus ineluctabilis, necessitas cogeret. Quod si quam tibi sex voluptatem seu utilitatem hi nostri labores attulerint, hanc vicem reddere ne dedigneris, ut Deo nos Opt. Max. precibus tuis commendes. Vale:

Dabam Londini, xiii Kal. Septemb. A. D. MDCCXV.

Lipsiæ 1851-54 prodit, sed Græce tantum, nova Clementis Operum editio, curante Reinholdo Klotz, phil. doct. (a). Quid in hac recensione præstiterit editor, ipse in præfationibus suis sic explicat:

PRÆFATIO TOMI I.

Cærolus Ernestus Richter vir clarissimus, is qui Bibliothecam hanc sacram ante paucos hos annos edere cœpit, cum qua me est amicitia complexus, a me petisset, ut quemadmodum ipse Josephi et Philonis Judæorum opera edidisset, ita ego Clementis Alexandrini scripta edenda curarem; quanquam me non præteribat quam operosum hoc esset quamque difficile negotium, non tamen putavi operam meam quantalancunque roganti amico ac pene postulanti recusandam esse ac deprecandam: quam ob causam si quid cui vires meæ haudquam pares esse videantur susceperim, id magis facilitate mea, qua amicorum voluntati semper putavi esse inserviendum, quam alia ulla culpa mea contigit.

Neque vero eæ mihi præscriptæ erant leges, ut aut novis libris anquirendis aut aliis adjumentis criticis undique conquirendis novam horum scriptorum recensionem instituerem, sed ut quæ optima haberetur editio, eam litteris mandarem, ac si quid aperte peccatum deprehendissem, id corrigerem atque emendarem: qua ego in re si quando plus quam receperam præstare conatus sum et quavis fere pagina ab iis, qui ante me orationem Clementis constituerant, discedendum esse duxi, id ut fieret et res ipsa flagitabat et a multis me spero hoc nomine, quod ulro exsolvi, bonam gratiam inivisse: ea enim huic scriptori cecidit sors, ut cum a Friderico Sylburgio discesserit, qui majorem et utiliorem in eo operam ponere aut posset aut vellet, editorem invenerit neminem. Namque Joannes Potterus, qui superiore sæculo ineunte scripta Clementis edidit, etsi ita optime est de eis meritis, quod libros scriptos diligenter accurateque contulit; non proinde tamen ac libri postulabant optimi locos corruptos emendare ausus est atque conformare. Itaque sæpe accidit, ut scriptura eæ, quam et libri quaerentur et ipse duceret probandam, in adnotatione duntaxat locum obtineret: aperta librorum mendanda non tollerentur. Sylburgius contra quanquam præter editionem P. Victori uno libro Palatino usus est, nulla tamen ab eo sunt emendata vitia et omnis cura atque opera in singulis universisque exponendis posita.

Quod cum ita sit, non spero futurum, ut quisquam hac de re necum dissentiat, quod Sylburgii editionem malui quam Potteri sequi, ita ut hanc eam illa diligenter conferrem et si quid a recen-

toribus criticis sive ex libris sive de conjectura rectius constitutum vidissem asciscerem, qua in re quod quantumque unicuique debeatur: dicitur eo volumine, quod criticam adnotationem continebit.

Tum in emendandis his Clementis libris usus sum scholiis Parisinis nondum editis, quæ editioni nostræ adjicientur.

Deinde præter quam quod quæ viri docti hic illic de Clementis locis præceperant, studiose collegi et sicubi usus iis erat, in meam rem converti, etiam ea, quæ Villosionius in *Epistolis Vinariensibus* inde a pag. 92-97, de locis quibusdam Clementis scripta et bibliotheca Vinariensi foras dedit, excussi. In his vero virorum doctorum adnotationibus etsi nonnulla ita erant declarata, ut et assensum meum tulerint nec ego dubitaverim quam proposuerunt scripturam recipere; multa tamen esse cognovi ita comparata, ut qui caute criticum agat, aut in dubitationem vocare ea debeat aut plane rejicere. Itaque quos locos viri docti pro corruptissimis habuerunt multos, eos ego mihi videor aut mutata interpunctione aut faciliore quadam medicina quam quæ istorum fuit persanavisse. Cujus rei quamvis permulta possim exempla edere, id tamen tum declarabitur, cum id agemus.

Quod ad libros scriptos attinet, antistare cæteris videtur ille liber, qui asservatur in bibliotheca novi apud Oxonienses Collegii, qui tamen præter *Cohortationem ad Græcos* duo tantum posteriores *Pædagogi* libros continet. Eum potissimum his in libris sequendum existimavi. Præter enim quam quod plerumque meliores exhibuit scripturas, deteriores sprevit, interdum singula vel plura etiam supplevit verba, quæ librorum negligentia in aliis libris videmus esse omissa, ut *Protrept.*, § 2, p. 3, ed. Pott., hæc verba: *Καὶ τῶν δραμάτων οἱ ὑποκριταὶ θυμηδίας θεάματα*, quæ quin ab ipso Clemente profecta sint non potest esse dubium. *Ibid.*, § 11, p. 11, ed. Pott., hæc verba ex eo adjicienda duxi: *Καὶ πλῆρης ἀκράτου κῆρυγία*. Est enim boni critici non solum quæ merito sunt suspecta rejicere, verum etiam si quid librorum incuria amissum sit, id quantum in se est reprehendere.

Versus quos multos laudat Clemens ita studui constituere, ut exceptis paucis quos aperte viderem esse depravatos, et metro et sententiæ poetæ satis facerem, præsertim cum in adnotatione critica quæ in libris esset scriptura essem indicaturus. Alii sic erant cum Clementis oratione conjuncti, ut separari

(a) Bibliotheca sacra Patrum Ecclesiæ Græcorum. Titi Flavii Clementis Alexandrini Opera omnia. Recognovit Reinholdus Klotz Lipsiæ, 1850-54, sumptibus E. B. Schwickerth, in-12, vol. 1-4.

et disponi non possent. Ita *Pædagog.*, lib. II, § 109, A p. 235, ed. Pott. *τί γάρ φρόνιμον γυναικῆς ἐργασαίτο* intacta reliqui, quoniam his Clemens pro suis usus est, quanquam paulo post *Pædagog.*, lib. III, § 7, p. 254, ed. Pott., versum eum, quem fecit Aristophanes, recte sic scriptum habet :

Τί γάρ γυναικῆς φρόνιμον ἐργασαίμεθα....

Itemque *Pædag.*, lib. II, § 25, p. 181 sq., ed. Pott. hæc verba sicut vulgo legebantur edidi : *Ὅν ἐστὶ τὸ ζῆν οὐδὲν ἄλλ' ἢ κῶμος, κραιπλή, βαλαρεία, ἀκρατος, ἀμίδες, ἀργία, πότος*, in quibus ut concedam Clementem ante oculos habuisse comici poetæ versum, non tamen queo neque Marklandi probare rationem, qui *Explicitat. vet. auct.*, p. 247, sic hæc verba scribi voluit :

Ὅν ἐστὶ τὸ ζῆν οὐδὲν ἄλλ' ἢ κραιπλή, Κῶμος, βαλαρεῖ, ἀκρατος, ἀμίδες, ἀργία, Πότος,

neque cum Porsono facere, qui *Adversar.*, p. 300 sq., B hos voluit esse versus :

Ὅν ἐστὶ τὸ ζῆν οὐδὲν ἄλλ' ἢ κραιπλή, Βαλαρεῖ, ἀκρατος, ἀμίδες, ἀργία, πότος.

Ac primum quidem verba ista *Ὅν ἐστὶ τὸ ζῆν οὐδὲν ἄλλ' ἢ* — aperte videntur esse Clementis, ut *Pædag.*, lib. II, § 1, p. 163, ed. Pott., ubi hæc verba leguntur : *Ὅς οὐδὲν ἄλλ' ἢ γαστήρ ἐστιν ὁ βίος*, quæ nihil habent cum versu commune : tum in Porsoni ratione, qui verbum *κῶμος* ab librariis illatum sit intelligi non potest, nisi forte ex eo exstitisse ais, quod ascriptum fuerit *ὁ κωμικός φησιν*.

Quemadmodum igitur his in locis malui librorum auctoritati morem gerere, quam cum incerta et verisimilia consectorer, a regula severæ critices declinare, ita alibi non dubitavi conjecturis tantum tribuere, ut libris posthabitis eas recipere aude-rem. Quod quanquam pluribus locis factum est, unum tamen satis habeo asferre, ubi certam quamdam conjecturam meam incertæ atque haud scio an absurdæ omnium librorum scripturæ anteferendam esse arbitratus sum. *Pædag.*, lib. III, § 49, p. 283, ed. Pott., ubi hæc verba sunt in libris : *Ἐτι δὲ αὐτουργικῶς προκομίζειν χρῆ ἐκ τοῦ ταμείου τὰς γυναικῆς ὡν δεοίμεθα, καὶ τῷ μύθῳ προσελθεῖν οὐκ ἀσχετὸν αὐτὰς· οὐδὲ μὴν περὶ τὸ εὖχος ἀσχολεῖσθαι, ὅπως θυμῆρες ἢ τάνδρι, βρειδος οἰκουρῶ γαμετῆ καὶ βοηθῶ*, ubi cum alius *περὶ τὸ εὖχος* conjecisset esse scribendum, alius *περὶ τὸ εὖχος*, utrumque Sylburgius recte reprobavit, quod alterum supra commemorari diceret, alterum post esse dictum, in eo tamen falsus, ut opinio mea fert, quod librorum scripturam quodam modo posse explicari ratus est : quod quam parum ei successerit tacendum arbitror. Illud dico qui diligenter Homerum lectitaverit cognitumque habeat Clementis studium hæc egregia carmina quotiescunque occasio data est in usum suum transferendi, eum D non dubitaturum quin recte hæc verba a me sic sint scripta : *Οὐδὲ μὴν περὶ τὸ εὖχος ἀσχολεῖσθαι, ὅπως θυμῆρες ἢ τάνδρι, βρειδος οἰκουρῶ γαμετῆ καὶ βοηθῶ*· poeta enim præclare hoc mulieris officium *Odys. K*, v. 358 sqq., his verbis descripsit :

Ἡ δὲ τετάρτη ὕδωρ ἐφόρει, καὶ πῦρ ἀνέκαιεν Πολλὸν ὑπὸ τριποδι μεγάλῳ· λαλετο δ' ὕδωρ. Αὐτὰρ ἐπειδὴ ζῆσεν ὕδωρ ἐπὶ ἠροπι γαλκῶ, Ἔεβ' ἀσάμνητον ἔασα, λδ' ἐκ τριποδος μεγά-

λοιο,
Θυμῆρες κεράσσα, κατὰ κρατὸς τε καὶ ὤμων,
Ὅφρυ μοι ἐκ κάματον θυμοφθόρον εἴλετο γυῖω,

ubi quemadmodum hunc versum :

Θυμῆρες κεράσισσι κατὰ κρατὸς τε καὶ ὤμων,
rectius quam Fr. A. Wolfius fecit interpunxi, ita *Iliad O*, v. 176 sq. videtur esse scribendum :

Πανσάμενόν σε κέλευσε μάχης ἠδὲ πολέμοιο Ἐρχεσθαι μετὰ φίλα θεῶν, ἢ εἰς ἅλα διαν,
pro eo quod idem Wolfius edidit *πανσάμενόν σ' ἐκέλευσε*. Cf. *Iliad. B*, v. 28 et 65.

Θωρηξά σε κέλευσε καρηκομῶντος Ἀχαιοῦς, Πανσυδίη.

et *O*, 175.

Λύσασθαι σε κέλευσεν Ὀλύμπιος Ἐκτορα δῖον.

In isto vero Clementis loco vel verbum *θυμῆρες* satis arguit esse scribenti Homeri versum ante oculos obversatum. Quapropter apud peritos iudices nulla debebit esse de conjectura mea dubitatio.

PRÆFATIO TOMI II.

Etsi in præfatione quam ad primum Clementis volumen adjunxi satis est explicatum quid in hæc editione adornanda secutus sim, tamen videtur de his quoque *Stromatorum* libris breviter dicendum, ne quæ ego tum de iis potissimum libris qui volumine primo continenter dixeram, ea de his quoque libris dicta esse videantur. Horum enim librorum longe alia est ratio atque illorum. Cum enim plures libri manu scripti iique auctoritate admodum diversa istos libros contineant, *Stromata* nobis videntur uno tantum codice, sed eo satis antiquo servata esse, ex quo primum fluxit editio Florentina. quæ plerumque manifestis vitiiis vix exceptis antiquissimi istius libri scripturam exhibet. Hinc Fr. Sylburgius prudenter editionem ita derivavit suam ut librariorum menda, quantum in se esset tolleretur, cum non celaret quibus locis ab editione princeps de discendum fuisset. Ex huius editione cæteræ emanarunt, quarum alia est alia vitiosior. Una tamen paulo melior, eam dico quam J. Potterus edendam curavit, quanquam is quoque plerumque vitia in suam editionem recepit, id quod eo debet videri mirabilis, quod collationem libri Parisini habebat unde poterat discere quid falso quid recte fecissent critici. Nam ille liber sive est idem quo P. Victorius usus erat in editione Florentina curanda, sive alius, ex eodem tamen fonte est derivatus, habet easdem lacunas quam editio princeps, habet eandem Clementis orationem, habet eandem librariorum vitia aperta pariter atque tectiora, ita ut ejus collatio quæ est ad editionem Potterianam adjuncta nullam fere aliam diversitatem contineat nisi ubi editores imperitissimi artis critice sine ullo iudicio a Victori vel Sylburgii editione discesserant, paucis exceptis locis ubi aut ex aliorum scriptorum auctoritate aut ex doctorum hominum conjectura aliquid mutatum est : id recte a me dici satis superque ex adnotationibus quas ultimo volumini adjiciam criticis patebit. Quam ob causam nolo hic exempla quæ pene sunt innumerabilia turpissimorum errorum ascribere. Illud dico me editionem Sylburgii quam etiam olim dicebam esse sequendam ita litteris mandasse, ut cum libro Parisino cujus accuratam collationem Potterus exhibuit, conferremet quæ alii critici præstitissent antiquiora ex editionis Potterianæ fide acciperem, recentiora ex hominum doctorum commentariis colligerem, in qua re quid ab aliis acceperim, quid ipse exantlaverim patebit ex adnotatione critica. Illud tamen hic quoque debeo profiteri me nec voluisse nec potuisse nunc novam horum librorum recensionem instituere, accuratam me recognitionem, suscepisse peritus nemo negabit. Postremo hoc mihi videtur adnotandum, editionem Sylburgianam editam esse a. 1592. Video enim multos, in quibus etiam eos quos non putabam his in rebus posse falli, editiones eas quæ Sylburgio plane indigne sunt, tanquam Sylburgii laudare, ut Parisiensem et Coloniensem, ita ut eum sæpe Sylburgianæ paginæ numerum citatum viderim ad quem nunquam accevit Sylburgii editio quæ edita est ex *typographeio Hieronymi Commelini Cl. J. XCII*, et constat paginis 386.

VETERUM TESTIMONIA.

Eusebius, *Ecclesiast. Histor. lib. iv, cap. 26.*

Τούτου δὲ τοῦ λόγου μέμνηται Κλήμης ὁ Ἀλεξαν-
δρεὺς ἐν ἰδίῳ Περὶ τοῦ Πάσχα λόγῳ, ὃν ἐξ αἰτίας τῆς
τοῦ Μελίτωνος γραφῆς φησὶν ταυτὸν συντάξαι.

A Hujus autem libri mentionem facit Clemens
Alexandrinus in opere suo De Paschate; quod quidem
ut conscriberet, Melitonis librum causam sibi
præbuisse testatur.

Idem, ibid. lib. v, cap. 11.

Κατὰ τοῦτον (τὸν Πάνταινον) ταῖς θείαις γραφαῖς
συνασκούμενος ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἐγνωρίζετο Κλήμης,
ὁμώνυμος τῷ πάλαι τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἡγή-
σαμένῳ φοιτητῇ τῶν ἀποστόλων· ὅς δὴ καὶ ὀνομαστὶ
ἐν αἷς συνέταξεν Ὑποτυπώσεις, ὡς ἀν διδασκάλου
τοῦ Πανταίου μέμνηται. Τοῦτον δὲ αὐτὸν καὶ τῶν
Στρωματέων ἐν πρώτῳ συγγράμματι αἰνίττεσθαι μοι
δοκεῖ, ὅτε τοὺς ἐμφανεστεροὺς ἦς κατελιφεν ἀποστο-
λικῆς διαδοχῆς ἐπισημαινόμενος, ταῦτ' αὖ φησιν· Ἦδη
δὲ οὐ γραφὴ εἰς ἐπίδειξιν τετεχνασμένη ἦδε ἡ πρα-
γματεία· ἀλλὰ μοι ὑπομνήματα εἰς γῆρας θησαυρι-
ζεται, λήθης φάρμακον, ἐβδωλον ἀτεχνῶς καὶ σκια-
γραφία τῶν ἐναργῶν καὶ ἐμψύχων ἐκείνων ὧν κατη-
ξιώθη ἀκούσαι λόγων τε καὶ ἀνδρῶν μακαρίων καὶ
τῷ ὄντι ἀξιολόγων. Τούτων ὁ μὲν, ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος,
ὁ Ἰωνικός· ὁ δὲ, ἐπὶ τῆς μεγάλης Ἑλλάδος· τῆς κοί-
λης ἄτερος αὐτῶν Συρίας ἦν· ὁ δὲ, ἀπ' Αἰγύπτου·
ἄλλοι δὲ, ἀπὸ τῆν Ἀνατολῆν· καὶ ταύτης ὁ μὲν τις, τῶν
Ἀσσυρίων· ὁ δὲ, ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, Ἑβραῖος ἀνέκα-
θεν. Ἰσάτηρ δὲ περιτυχῶν· δυνάμει δὲ ἄρα πρῶτος
ἦν· ἀνεπαυσάμην ἐν Αἰγύπτῳ θηράσας λεληθότα. Ἄλλ'
οἱ μὲν, τὴν ἀληθῆ τῆς μακαρίας διδασκαλίας σώζον-
τες παράδοσιν, εὐθύς ἀπὸ Πέτρου τε καὶ Ἰακώβου,
Ἰωάννου τε καὶ Παύλου τῶν ἁγίων ἀποστόλων, παῖς
παρὰ πατρός ἐκδεξάμενος· ὀλίγοι δὲ οἱ πατράτιν
ὁμοιοί· ἦσαν δὲ σὺν Θεῷ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ προγονικά
ἐκείνα καὶ ἀποστολικά καταθησόμενοι σπέρματα.

B Clemens gentilis illius Clementis, qui apostolo-
rum discipulus erat, ac Romanorum olim rexerat
Ecclesiam, temporibus Pantæni, cujus opera in sa-
cris litteris educatus, multumque exercitatus erat,
Alexandriæ hominum fama et commemoratione
multum nobilitatus est; qui quidem in libris Ὑπο-
τυπώσεων ab ipso compositis, nominatim præcep-
toris sui Pantæni mentionem facit. Quem etiam in
primo libro *Stromatum* videtur innuisse, ubi cer-
tos quosdam viros apostolica doctrina (quam ipse
ab illis acceperat) cum primis eximios recenset,
B his verbis: Istud a me jam institutum opus non
est certe opus artificiose ad inanem ostentationem
elaboratum, sed tanquam commentarius ad obli-
vionis morbum curandum in summam senectutem
repositus, simulacrum plane et adumbratio non
modo efficacis illius et plenæ spiritus ac vita doctrinæ
quam mihi concessum est audire; verum etiam
beatorum hominum, qui sunt omnium revera
præconiis merito celebrandi. Quorum unus Ionicus
genere, in Græcia vixit; alter magnam Græciam
incoluit; alter in Cœlesyria natus, ibidem commo-
ratus est; alter ex Ægypto oriundus fuit; alii
Orientem doctrina evangelica imbuerunt: quorum
unus ex Assyriis prognatus est, alius in Palæstina
antiqua Hebræorum stirpe editus. Et cum demum
C ipse hominem in Ægypto delitescen-tem vestigas-

sem, inque eum postremum incidissem, qui virtute et doctrina erat re ipsa omnium primus, tandem
cum illo conquievi. Atque isti veram sacrosanctæ doctrinæ traditionem, quam successionis serio
ab ipsis usque sanctis apostolis, Petro, Jacobo, Joanne et Paulo deducta, velut filius a patre acceperant,
licet pauci numero (pauci enim sunt patribus similes) assidue conservantes, ad nostram ætatem usque,
divina favente clementia, vitam propagarunt, quo antiqua illa et apostolica doctrinæ prædictæ semina in
animis nostris insererent.

Idem, ibid. lib. v, cap. 28.

Ἦν δ' ἂν τυχὸν πιθανὸν τὸ λεγόμενον, εἰ μὴ πρῶ-
τον μὲν ἀντέπιπτον αὐτοῖς αἱ θείαι Γραφαί· καὶ ἀδελ-
φῶν δὲ τινῶν ἐστὶ γράμματα πρεσβύτερα τῶν Βικτο-
ρος χρόνων, ἃ ἐκεῖνοι πρὸς τὰ ἔθνη ὑπὲρ τῆς ἀληθείας,
καὶ πρὸς τὰς τότε αἰρέσεις ἔγραψαν. Λέγω δὲ Ἰου-
στίνου καὶ Μιλτιάδου καὶ Τατιανοῦ καὶ Κλήμεντος,
καὶ ἑτέρων πλείονων ἐν οἷς ἅπασι θεολογεῖται ὁ Χρι-
στός.

Ac fortasse id quod dicunt, credibile videretur,
nisi eis refragarentur primum quidem divinæ Scri-
pturæ; deinde fratrum quorundam scripta, Victo-
ris ætate antiquiora, quæ illi adversus gentes et
contra sui temporis hæreticos pro veritatis defen-
sione scripserunt. Justinum intelligo, et Miltiadem,
et Tatianum, ac Clementem, aliosque quampluri-
mos; in quorum omnium libris Christi divinitas
D astruitur.

Idem, ibid. lib. vi, cap. 13 et 14.

Τοῦ δὲ Κλήμεντος Στρωματεῖς οἱ πάντες ὅκτω παρ'
ἡμῶν σώζονται· οὗς καὶ τοιαύτης ἤξιώσεν ἐπιγραφῆς·

Clementis omnes octo libri *Στρωματεῖς*, id est
varie contexti, apud nos integri servantur, quos

tali inscriptione donavit: *Titi Flavii Clementis commentaria Στρωματεῖς*, hoc est *varia ratione contexti, qui multiplicem veræ ac divinæ philosophiæ cognitionem complectuntur*. Totidem etiam libri sunt ab eo editi, qui *Ἰποτυπώσεις*, id est *Informationes*, inscribuntur; in quibus Pantænum doctorem et magistrum suum nominatim memorat, cum *Commentarios ejus in sacras litteras recensendo*, tum traditiones etiam explanando. Est ejus liber ad gentiles *Hortatorius*. Tres item, qui inscribuntur *Pædagogus*. Alius, cujus titulus sic habet: *Quisnam dives ille sit, qui salvetur. De Paschate* liber unus. *Disputationes de jejunio*. Liber *Obtrectationis*. Est præterea liber ejus *Hortatorius* ad patientiam. Alius, *Ad nuper baptizatos*. Alius qui nuncupatur *Canon ecclesiasticus*, sive contra eos qui Judæorum sequuntur errorem; quem episcopo Alexandro, de quo supra verba fecimus, dedicavit. In libris *Στρωματέων*, non modo sententias ex sacra Scriptura collectas disperse intexit; sed etiam ex gentiliis scriptorum libris, si quid ab illis commode dictum videatur, sumit, cum Græcorum simul et barbarorum opiniones, quæ apud multos jactatæ sunt, aperiendo: tum falsos et commentitios errores eorum, qui inter hæreticos principem locum obinebant, coarguendo; denique explanationem multiplicis doctrinæ, et litterarum cujusque generis, unde copiosa materia nobis suppetit prudentiæ, ante oculos lectoris proponit. Atque his universis philosophorum dogmata admiscuit. Unde non sine causa inscriptionem operis argumento valde consentaneam fecit, *Στρωματεῖς*. In eisdem octo libris utitur testimoniis Scripturarum, quibus a multis solet contradici: nimirum *Sapientiæ*, quæ Salomonis dicitur, et *Ecclesiastici*, Jesu Sirach, et Epistolæ ad Hebræos, et Barnabæ, et Clementis, et Judæ. Tatiani item librum contra gentiles citat: et librum Cassiani, quem *De temporum ordine* conscripsit. Philonis porro, et Aristobuli, Josephi et Demetrii et Eupolemi, Judæorum scriptorum, memoriam non præterit: quippe qui suis scriptis Moysen, et Judæorum gentem, vetere illa prosapia quæ apud Græcos jactatur, longe antiquiorem fuisse perspicue commonstrant. Atque isti Clementis libri, quos jam persecuti sumus, maxima optimarum disciplinarum materia referti sunt. In primo libro ejusdem operis de seipso loquitur, quod prope ad apostolorum tempora successerit. In eisdem libris *Commentarios in Genesim* se editurum pollicetur. Item in libro illius quem *De Paschate* composuit, fatetur se a familiaribus suis compulsus, ut traditiones, quas a veteribus presbyteris accepisset, litteris proderet ad posteritatem. In eodem libro Melitonem, Irenæum et alios nonnullos commemorat, narrationesque aliquot ex eorum libris pias recenset. In libris *Ἰποτυπώσεων*, ut summam comprehendam, sicut in univ-
 versas Scripturas, quæ omnium consentiente auctoritate confirmantur, breves scripsit explicatio-

A *Τίτου Φλαβίου Κλήμεντος τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομημάτων Στρωματεῖς*. Ἰσαριθμοὶ τε τούτοις εἰσὶν οἱ ἐπιγεγραμμένοι Ἰποτυπώσεων αὐτοῦ λόγοι· ἐν οἷς ὀνομαστὶ ὡς διδασκάλου, τοῦ Πανταίνου μνημονεύει, ἐκδοχὰς τε αὐτοῦ γράφων, καὶ παραδόσεις ἐκτιθέμενος. Ἔστι δὲ αὐτῶ καὶ πρὸς Ἑλληνας λόγος ὁ Προτρεπτικὸς, τρεῖς τε οἱ τοῦ ἐπιγεγραμμένου Παιδαγωγοῦ· καὶ Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος; οὕτως ἐπιγραφεὶς ἕτερος αὐτοῦ λόγος· τὸ τε *Περὶ τοῦ Πάσχα* σύγγραμμα, καὶ *Διαλέξεις περὶ ἠσθελας*, καὶ *Περὶ καταλαλιᾶς*, καὶ ἡ *Προτρεπτικὸς* πρὸς ὑπομονὴν, καὶ *Εἰς τοὺς νεωστὶ βεβαπτισμένους*, καὶ ὁ ἐπιγεγραμμένος *Κάνων ἐκκλησιαστικὸς*, ἢ πρὸς τοὺς Ἰουδαῖοντας· ὃν Ἀλεξανδρῶ τῷ δεδηλωμένῳ ἐπισκόπῳ ἀνατέθεικεν. Ἐν μὲ οὖν τοῖς *Στρωματεῦσιν* οὐ μόνον τῆς θείας κατὰστρωσιν πεποιτῆται Γραφῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν παρ' Ἑλληνισιν, εἴ τι ἄρα ὠφέλιμον ἔδδοκει αὐτοῖς εἰρησθαι, μνημονεύει, τῶν τε παρὰ τοῖς πολλοῖς δογμάτων, τὰ Ἑλλήνων ὁμοῦ καὶ τὰ βαρβάρων ἀναπτύσσων, καὶ ἔτι τὰς τῶν αἰρεσιάρχων ψευδοθείας εὐθύων, ἱστορίαν τε πολλὴν ἐξαπλοῖ, ὑπόθεσιν ἡμῖν πολυμαθοῦς παρέχων παιδείας. Τούτοις ἅπασι καταμίγνυσι καὶ τὰ φιλοσόφων δόγματα. Ὅθεν εἰκότως κατὰλληλον τῇ ὑποθέσει καὶ τὴν προγραφὴν τῶν *Στρωματέων* πεποιτῆται. Κέχρηται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀντιλεγόμενων Γραφῶν μαρτυρίαις, τῆς τε λεγομένης *Σολομῶντος Σοφίας*, καὶ τῆς Ἰησοῦ τοῦ Σιράχ, καὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς, τῆς τε Βαρνάβα καὶ Κλήμεντος καὶ Ἰούδα. Μνημονεύει τε τοῦ πρὸς Ἑλληνας Τατιανοῦ λόγου, καὶ Κασσιανοῦ, ὡς καὶ αὐτοῦ *Χρονογραφίαν* πεποιτημένου. Ἐτι μὴν Φίλωνος καὶ Ἀριστοβούλου, Ἰωσήπου τε καὶ Δημητρίου καὶ Εὐπολέμου, Ἰουδαίων συγγραφέων, ὡς ἀν τούτων ἀπάντων ἐγγράφως πρεσβύτερον τῆς παρ' Ἑλλήσιν ἀρχαιογονίας Μωϋσῆα τε καὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀποδείξαντων. Καὶ ἄλλης δὲ πλείστης χρηστομαθείας ἐμπλοεὶ οἱ δηλούμενοι τυγχάνουσι τοῦ ἀνδρὸς λόγοι. Ὅν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ αὐτοῦ δηλοῖ ὡς ἐγγίστα τῆς τῶν ἀποστόλων γενομένου διαδοχῆς. Ὑπισχνεῖται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ εἰς τὴν *Γένεσιν* ὑπομηματιεῖσθαι. Καὶ ἐν τῷ λόγῳ δὲ αὐτοῦ τῷ ἐν *Πάσχα* ἐκχιασθῆναι ὁμολογεῖ πρὸς τῶν ἑταίρων, ἃς ἐτυχε παρὰ τῶν ἀρχαίων πρεσβυτέρων ἀνηκόως παραδόσεις, γραφῇ τοῖς μετὰ ταῦτα παραδόναι. Μέννηται δ' ἐν αὐτῷ Μελίτωνος καὶ Εἰρηναίου, καὶ τινων ἑτέρων, ὧν καὶ τὰς διηγήσεις τέθειται. Ἐν δὲ ταῖς Ἰποτυπώσεσι, ξυνελόντα εἰπεῖν, πάσης τῆς ἐνδιαθηκού Γραφῆς ἐπιτετευμημένας πεποιτῆται διηγήσεις, μὴ δὲ τὰς ἀντιλεγόμενας παρελθόν· τὴν Ἰούδα λέγω καὶ τὰς (λοιπὰς) καθολικὰς ἐπιστολάς, τὴν τε Βαρνάβα, καὶ τὴν Πέτρου λεγομένην Ἀποκάλυψιν. Καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους δὲ Ἐπιστολὴν, Παύλου μὲν εἶναι φησι, γεγράφθαι δὲ Ἑβραίοις Ἑβραϊκῇ φωνῇ, Λουκᾶν δὲ φιλοτίμως αὐτὴν μεθερμηνεύσαντα, ἐκδόναι τοῖς Ἑλλήσιν· ὅθεν τὸν αὐτὸν χρωτὰ εὐρίσκεισθαι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, ταύτης τε τῆς Ἐπιστολῆς, καὶ τῶν Πράξεων· μὴ προγεγράφθαι δὲ τὸ, *Παῦλος ἀπέστολος*, εἰκότως. Ἐβραίοις γὰρ, φησίν, ἐπιστέλλων, πρὸ τῶν εἰληφόσι κατ' αὐτοῦ

καὶ ὑποπτεύουσιν αὐτὸν, συνετῶς πάνυ οὐκ ἐν ἀρχῇ ἀπέτρεψεν αὐτούς, τὸ ὄνομα θεῖς. » Ἔττα ὑποδάς ἐπιλέγει: « Ἦδη δὲ, ὡς ὁ μακάριος ἔλεγε πρεσβύτερος, ἐπεὶ ὁ Κύριος, Ἄπόστολος ὢν τοῦ Παντοκράτορος, ἀπεισάλη πρὸς Ἑβραίους, διὰ μετριότητα ὁ Παῦλος, ὡς ἂν εἰς τὰ ἔθνη ἀπεισταλμένος, οὐκ ἐγγράφει αὐτὸν Ἑβραίων ἀπόστολον, διὰ τε τὴν πρὸς τὸν Κύριον τιμὴν, διὰ τε τὸ ἐκ περιουσίας καὶ τοῖς Ἑβραίοις ἐπιστέλλειν, ἔθνῶν κήρυκα ὄντα καὶ ἀπόστολον. » Ἀῦθις δ' ἐν τοῖς αὐτοῖς ὁ Κλήμης βιβλίοις περὶ τῆς τάξεως τῶν Εὐαγγελίων παράδοσιν τῶν ἀνάκαθεν πρεσβυτέρων τέθειται, τοῦτον ἔχουσιν τὸν τρόπον: « Προγεγράφθαι ἐλέγετο τῶν Εὐαγγελίων, τὰ περιέχοντα τὰς γενεαλογίας· τὸ δὲ κατὰ Μάρκον, ταύτην ἐσχικήκει τὴν οἰκονομίαν. Τοῦ Πέτρου δημοσίη ἐν Ῥώμῃ κηρύξας τὸν λόγον, καὶ Πνεύματι τὸ Εὐαγγέλιον ἐξειπόντος, τοὺς παρόντας, πολλοὺς ὄντας, παρακαλέσαι τὸν Μάρκον, ὡς ἂν ἀκολουθήσαντα αὐτῷ πρόβῃθαι, καὶ μεμνημένον τῶν λεχθέντων, ἀναγράφαι τὰ εἰρημένα· ποιήσαντα δὲ τὸ Εὐαγγέλιον, μεταδοῦναι τοῖς θεομένοις αὐτοῦ. Ὅπερ ἐπιγόντα τὸν Πέτρον, προτρεπτικῶς μὴ τε κωλύσαι μὴ τε προτρέψασθαι· τὸν μὲν τοῖ Ἰωάννην ἔσατον, συνιδόντα ὅτι τὰ σωματικὰ ἐν τοῖς Εὐαγγέλοις δεδήλωται, προτραπέντα ὑπὸ τῶν γυωρίμων, Πνεύματι θεοφορηθέντα. πνευματικῶν ποιῆσαι Ἑὐαγγέλιον. » Τοσαῦτα ὁ Κλήμης.

« Jam vero sicut beatus quidam presbyter dicebat: quoniam Dominus, ipse Apostolus Patris sui omnipotentis, ad Hebræos missus fuit, Paulus quia erat ad gentes missus, modeste quidem, cum ad Hebræos scriberet, se apostolum Hebræorum non inscripsit, partim, ob suam erga Dominum reverentiam, partim, ne cum gentium præco et apostolus esset, præter officium ad Hebræos scribere videretur. » Rursus Clemens in iisdem libris, traditionem de ordine temporum quibus Evangelia scripta erant, a veteribus presbyteris acceptam ad hunc modum exponit: « Evangelia, quæ in se complectuntur genealogias, ante scripta dicuntur. Illud autem quod secundum Marcum inscribitur, talem causam habuisse fertur: Cum Petrus Romæ publice verbum Dei prædicaret et Spiritus sancti instinctu Evangelium Christi exponeret, multos qui præsto aderant, Marcum, utpote qui eum diutius comitatus fuisset, et ejus verba memoria teneret, magnopere obsecrasset ferunt, ut ea quæ fuissent ab illo prædicata, scriptis mandaret. Quod quidem Evangelium simul ac ediderat, illis qui illud ab eo rogavissent, impertit; Petrum autem, ubi de eo certior factus erat, neque plane prohibuisse, neque adhortatum esse; Joannem vero, utpote sacrosancti Spiritus impulsu commotum, postquam intellexit, ea quæ ad corpus et humanitatem Christi spectabant, in illis Evangeliiis explicata, quorundam familiarium ac necessariorum rogatu, Evangelium spirituale post reliquos evangelistas conscripsisse. »

Hæc Clemens.

Alexander Hierosolymitanus episcopus ibidem de eodem.

Πατέρας γὰρ ἴσμεν τοὺς μακαρίους ἐκείνους τοὺς προοδεύσαντας, πρὸς οὓς μετ' ὀλίγον ἐσόμεθα, Πάντα τινον τὸν μακάριον ἀληθῶς καὶ κύριον, καὶ τὸν ἱερὸν Κλήμεντα κύριόν μου γενόμενον, καὶ ὠφελήσαντά με.

Nam illos beatos Patres, qui ante nos viam virtutis sedulo institerunt, ad quos non multo post nos profecturi sumus, cognovimus: Pantænum dico vere beatum ac dominum meum, et sanctum Clementem etiam dominum meum, qui multum mihi sæpe commodavit.

Rursum Euseb. ibid. lib. II, cap. 9.

Περὶ δὲ τούτου ὁ Κλήμης τοῦ Ἰακώβου, καὶ ἱστορικῶν μνήμης ἀξίαν ἐν τῇ τῶν Ἰστορικῶν ἐβδόμῃ παρατίθεται, ὡς ἐκ παραδόσεως τῶν πρὸ αὐτοῦ, φάσκων, ὅτι δὴ ὁ εἰσαγαγὼν αὐτὸν εἰς δικαστήριον, μαρτυρήσαντα αὐτὸν ἰδὼν, κινήσει, ὡμολόγησεν καὶ αὐτὸς εἶναι αὐτὸν Χριστιανόν. Συναπήχθησαν οὖν ἄμφω, φησὶν· καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν ἠξίωσεν ἀφεθῆναι αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Ἰακώβου. Ὁ δὲ, ὀλίγον σχεψάμενος, Εἰρήνη σοι, εἶπε, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν· καὶ οὕτως ἀμφοτέροις ὁμοῦ ἐκατατομήθησαν.

De isto Jacobo Clemens in septimo libro Ἰστορικῶν historiam plane memorabilem inserit, eamque narrat quasi ex traditione majorum acceptam; nimirum, eum ipsum, qui Jacobum in judicium adduxisset, cum testimonium Christo illum tam libere perhibentem cerneret, ea re commotum, se etiam Christianum ingenuè confessum esse. Igitur ambobus una ad supplicium adductis, hunc inter eundem a Jacobo postulasse, veniam sibi concedi. Jacobum autem, paululum rem animo

complexum dixisse, Pax tibi, illumque osculatum esse; et sic tandem utrumque securi percussuni vitam deseruisse.

Idem, Chronic. Canon., pag. 216.

Clemens, *Stromatum* auctor, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, optimus Christianæ philosophiæ magister, libris conscribendis inclaruit; et Pantænus e Stoicorum secta philosophus, in divinis litteris excelluit.

A Κλήμης ὁ Στρωματεὺς πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, ἄριστος διδάσκαλος ἐν τῇ κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίᾳ, συντάττων διέλαμπεν, καὶ Πάντανος φιλόσοφος ἀπὸ Στωϊκῶν ἐν τῷ θείῳ λόγῳ διέπρεπεν.

Idem, Præpar. evangel., lib. II, cap. 2.

Atque horum turpitudinem admirabilis ille Clemens, ea quam ad Græcos dirigit *Cohortatione*, nudam omniumque spectandam oculis proponit, quippe qui cum omnes illorum cæremonias sua ipsius experientia cognoverit, tum celerrime ab infami errore caput extulerit, verbi salutaris, et evangelicæ doctrinæ vi ex tot tantorumque malorum contagione liberatus, etc.

Β Ταῦτα δὲ Κλήμης ὁ θαυμάσιος ἐν τῷ πρὸς Ἑλληνας Προτρεπτικῷ διαβήδῳ ἐκκαλύπτει, πάντων μὲν διὰ πείρας ἑλθὼν ἀνὴρ, θάπτον γε μὴν τῆς πλάνης ἀνανεύσας, ὡς ἂν πρὸς τοῦ σωτηρίου λόγου, καὶ διὰ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τῶν κακῶν λελυτρωμένος. . . .

B

Idem, ibid. lib. II, cap. 5.

Itaque deorum ipsorum ædes, mortuorum sepulcra esse perhibentur, quemadmodum Clemens in ea quam ad Græcos scribit *Cohortatione* commemorat, Græcorum ipsorum testimonia profrens, etc.

Γ Ἐνθεν αὐτοῖς καὶ οἱ τῶν θεῶν οἴκοι, νεκρῶν εἶναι τάφοι μνημονεύονται, ὡς ὁ Κλήμης ἐν τῷ πρὸς Ἑλληνας Προτρεπτικῷ ἱστορεῖ, τοῦ λόγου μάρτυρας αὐτοῦς Ἑλληνας ἐπαγόμενος. . . .

Idem, ibid., lib. IV, cap. 16.

Jure sane et merito Clemens, vir plane singularis, in ea quam gentilibus inscripsit *Cohortatione*, eadem ista carpens, hominum illorum cæcitatē lamentatur, etc.

Δ Εἰκότως ἄρα ὁ θαυμάσιος Κλήμης ἐν τῷ πρὸς Ἑλληνας Προτρεπτικῷ, αὐτὰ δὴ ταῦτα ἐπιμεμόμενος, τοιάδε καὶ αὐτοῦς τὴν πλάνην τῶν ἀνθρώπων ἀπολοφύρεται. . . .

Idem, lib. IX, cap. 6.

Atque istius etiam (Clearniscil.) Clemens noster libro primo *Stromatum* meminit, etc.

Ε Τούτου δὲ μνημονεῖ καὶ ὁ ἡμέτερος Κλήμης ἐν τῷ πρώτῳ Στρωματεῖ... C

Idem, lib. X, cap. 1.

Et quoniam Clemens ille noster fuscè admodum Stromate sexto disputationem istam exsequitur, etc.

Ζ Ὅ μὲν οὖν ἡμέτερος Κλήμης, ἐν ἕκτῳ Στρωματεῖ, τὴν περὶ τούτου σύστασιν εἰς πλάτος ἀπηύθυνε... C

Idem, ibid. cap. 5.

Jam vero Clementem audi in eadem mecum disputatione versantem, etc.

Η Τῆς δ' αὐτῆς ἡμῖν ὑποθέσεως ἐφαψάμενος καὶ ὁ Κλήμης, ἐπάκουσον ἃ φησιν... C

Idem, ibid. cap. 11.

Hactenus Tatianus. Jam ad Clementem transeamus, etc.

Θ Τοσαῦτα καὶ ὁ Τατιανός. Μετίωμεν δὲ καὶ ἐπὶ Κλήμεντα... C

Idem, lib. XI, cap. 24.

Atque hactenus Philo, cui affinia plane et gemina Clemens Stromate sexto hunc in modum persequitur, etc.

Ι Ταῦτα ὁ Φίλων συνάδει δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Κλήμης, ἐν τῷ ἕκτῳ Στρωματεῖ λέγων ὕδε.. D

Idem, lib. XIII, cap. 12.

Quo eodem in genere, quæ Clementis nostri sententia fuerit, ex sequentibus intelliges, etc.

Κ Ὅποια δὲ καὶ Κλήμεντι περὶ τῆς αὐτῆς εἴρηται ὑποθέσεως, γνοίης ἂν διὰ τούτων... D

Cyrrillus Alexandr. contra Julianum, lib. VI, pag. 205, edit. Paris., 1658.

Clemens enim qui sanctos apostolos ubique sequitur, quique infinitas Græcorum historias audiendo acceperat, in *Stromatis* refert, etc.

Λ Κλήμης μὲν γὰρ τοῖς ἀγίοις ἀποστόλοις ἐπόμενος πανταχῇ, πλείστης τε ὕψους Ἑλληνικῆς ἱστορίας εἰς ἀκοὴν ἑλθὼν, ἐν τοῖς Στρωματεῦσι φησι... D

Idem, ibid., lib. VII, pag. 231.

Hujus historiæ nominatim meminit Clemens in *Stromatis*, vir in primis doctus et eruditus, qui

Μ Ταύτης ἰδίᾳ μὲνηται τῆς ἱστορίας ἐν τοῖς Στρωματεῦσιν ὁ Κλήμης, ἀνὴρ ἐλλόγιμος καὶ φιλομαθής, D

καὶ ἀγνωσμάτων Ἑλληνικῶν πολυπραγμοσύνας A Græcarum litterarum altitudinem, quantum foris ante illum pauci, perscrutatus est.

Idem, ibid., lib. x, pag. 342.

Ἐφη δὲ καὶ Κλήμης ἀνὴρ ἐλλόγιμος, καὶ μέντοι καὶ πολυλοτῶρ περὶ θεῶν καὶ νῶν ὠδῖ...

Clemens autem eruditus vir et multarum historiarum scientissimus de diis ac templis ita quoque scribit, etc.

Eriphanus Adversus hæreses, lib. 1, tom. II, in Secundianorum hæresi.

Εἶτα οἱ καλῶς συγγραψάμενοι, καὶ ἀλήθειαν τούτων ἐν τοῖς σφῶν αὐτῶν συγγράμμασιν ἤλεγξαν, Κλήμης τε, ὃν φασὶ τινες Ἀλεξανδρέα, ἕτεροι δὲ Ἀθηναῖον.

Verum quam hæc a veritate abhorreant omnia, egregii quidem scriptores editis adversus eos Commentariis demonstrarunt, præcipue vero Clemens Alexandrinus, quem Atheniensem alii faciunt.

Dionysius Areopagita, lib. De divinis nominibus, cap. 5.

Εἰ δὲ ὁ φιλόσοφος ἀξιῶ Κλήμης, καὶ πρὸς τὶ παρὰ δείγματα λέγεσθαι τὰ ἐν τοῖς οὖσιν ἀρχηγικώτερα, πρόβεισι μὲν οὐ διὰ κυρίων καὶ παντελῶν καὶ ἀπλῶν ὀνομάτων ὁ λόγος αὐτῶ.

B Si autem vult Clemens philosophus, ad aliquid dici exemplaria quæ sunt in rebus principaliora, progreditur quidem, cum sic loquitur, non per propria et perfecta, et simplicia nomina.

Hieronymus in Ecclesiasticis scriptoribus.

Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, Pan- ταῖνι, de quò supra retulimus, auditor, post ejus mortem Alexandriæ ecclesiasticam scholam tenuit, et Κατηχήσεων magister fuit. Feruntur ejus insignia volumina, plenaque eruditionis et eloquentiæ, tam de Scripturis divinis, quam de sæculari litteraturæ instrumento. E quibus illa sunt : Στρωματεῖς, libri octo ; Ὑποτυπώσεων libri octo ; Adversus gentes, liber unus ; Παιδαγωγὸς libri tres ; De Pascha liber unus ; De jejuniis disceptatio ; et alius qui inscribitur, Quisnam dives ille sibi qui salvetur ; De obtreptione liber unus ; De canonibus ecclesiasticis, et Adversum eos qui Judæorum sequuntur errorem, liber unus ; quem proprie Alexandro Hierosolymorum episcopo προσεφώνησεν. Meminit autem in Stromatibus suis voluminis Tatiani Adversus gentes, de quo supra diximus ; et Cassiani cujus-

dam Χρονογραφίας, quod opusculum invenire non potui. Nec non et de Judæis Aristobulum quemdam, et Demetrium et Eupolemum scriptores adversus gentes refert, qui in similitudinem Josephi Ἀρχαιογονίας Moysi et Judaicæ genti asseruerint : exstat Alexandri Hierosolymitarum episcopi, qui cum Narcisso postea rexit Ecclesiam, epistola super ordinatione Asclepiadis confessoris ad Antiochenses, congratulantis eis ; in qua ponit in fine : « Hæc vobis, domini ac fratres, scripta transmisij, per Clementem beatum presbyterum, virum illustrem et probatum ; quem vos quoque scitis, et nunc plenius recognoscetis : qui cum huc venisset juxta providentiam et visitationem Dei, confirmavit et auxilium Domini Ecclesiam » Constat Origenem hujus fuisse discipulum. Floruit autem Severi et Antonini filij ejus temporibus.

Idem, ad Magnum orator. Roman.

Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, meo judicio omnium eruditissimus, octo scripsit Stromatum libros, et totidem Ὑποτυπώσεων, et alium

Contra gentes, Παιδαγωγὸς quoque tria volumina. Quid in illis libris indoctum, imò quid non e media philosophia est ?

Rufinus, De adulteratione librorum Origenis apud Hieronymum, tom. IV Erasmi.

Clemens quoque alius Alexandrinus presbyter, et magister Ecclesiæ illius in omnibus pene libris suis, Trinitatis gloriam atque æternitatem unam eandemque designat, interdum invenimus aliqua in libris ejus capitula, in quibus Filium Dei

creaturam dicit. Nunquid credibile est de tanto viro tam in omnibus catholico, tam erudito, ut vel sibi contraria senserit, vel ea quæ de Deo non dicam credere, sed vel audire quidem impium est, scripta reliquerit ?

Socrates, Histor. ecclesiast., lib. II, cap. 35.

Ὅτω δὲ ἦν ὀλιγομαθὴς ὁ Ἀέτιος, καὶ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἀμύητος, τὸ ἐριστικὸν δὲ κατωρθῶκει μόνον, ὅπερ ἂν καὶ ἀγροικὸς τις ποιήσειεν, ὡς μήτε τοὺς ἀρχαίους τοὺς τὰ Χριστιανικὰ λόγια ἐρμηνεύσαντας ἀσκηθῆναι, πολλὰ χαίρειν φράσας τοῖς περὶ Κλήμεντα, καὶ Ἀφρικανὸν, καὶ Ὀριγένην, ἀνδρας πάσης σοφίας ἐπιστήμονας.

D Cæterum adeo mediocri doctrina præditus, et sacrarum litterarum imperitus erat Aetius, et in uno contendendi studio exercitatus ; quod quivis etiam agrestis facile consequi possit ; ut ne veterum quidem scriptorum, qui sacros Christianæ religionis libros interpretati sunt, usum ullum aut peritiam haberet ; sed Clementem, et Africanum, atque Origenem, viros omni genere doctrinæ exaltos, prorsus aspernaretur.

Idem, ibid., lib. III, cap. 7.

Irenæus certe et Clemens, et Apollinaris Hierapolitanus, et Serapion Antiochenæ urbis episcopus, Christum, qui homo factus est, anima præditum fuisse, velut rem communi omnium consensu receptam, suis in libris asserunt.

Sozomenus, Histor. ecclesiast., lib. I, cap. 1.

Ac primo quidem historiam hanc ab initio repetere decreveram. Sed cum animadvertissem, alios jam scriptores ad sua usque tempora id præstitisse: Clementem scilicet et Hegesippum viros sapientissimos, qui apostolorum temporibus proxime successerunt, etc.

Chronicon Paschale, pag. 7.

Sed et Clemens, sanctissimus Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, vir antiquissimus, et qui non multum absuit ab apostolicis temporibus, in libro *De Paschate* consimilia docet, ita scribens: *Præteritis ergo temporibus immolatum a Judæis Pascha, festum agens, manducavit Dominus. Sed postquam prædicavit ipse, qui erat Pascha Agnus Dei, ut ovis ad occisionem ductus discipulos statim edocuit figuræ mysterium decima quarta die, qua etiam illum rogarunt: « Ubi vis paremus tibi Pascha manducare? »*

Ibid., pag. 224.

De recensitis vero discipulis .xx præter xii supra dictos, agit Clemens scriptor lib. v *Hypotyposeon*.

Ibid., pag. 252.

(1) Ἐποπτεύει. Ἐποπτεύειν Reg. Sic porro distinguunt hic locus cum Boud. τὴν Ἐκκλησίαν ἐποπτεύει τὴν ἑαυτοῦ, μόνον ἐπιδεικνύς τὸ πρ.: suam respicit Ecclesiam, nil aliud quam solum faciem ostendens.

(2) Τύπος ὃς ἐστὶ. Usitatioe structura A. ὃς ἐστὶ τύπος. SYLBURG. Typum huic iterum declarat, Str. II, p. 367.

(3) Ἀλλ' οὐ κεκάρπωται. Sed non est oblatas. Hesyehius: Κάρπωμα, κέρδος, προσφορά, θυσία. Suidas, Ἀγιάσαι, καρπῶσαι, καῦσαι ἁγίως. Ita Levitici, IV: τὸ θυσιαστήριον τῆς καρπῶσεως, allare holocausti, vers. 10, et v. 34: τὸ θυσιαστηρίου τῆς ὀλοκαρπῶσεως. Verte igitur hic: sed non immolatus est, vel maciatus, ut Dominus. COLLECT.

(4) Οὐκ ἔπαθ. Sensus est, Isaac in omnibus Dominum representasse prater solam passionem, in qua ipse Christus primas habere debebat. At Lowthius ait, e Leger, οὐκ ἔπαθεν δὲ εἰκότως ἄρα ὁ Ἰσαάκ, οὐ μόνον ἐὰν πρωτεία τοῦ πάθ.

A brantem? Potest etiam aliter accipi, quod a prophetia significatur, nos scilicet lætari et ridere propter salutem, quemadmodum Isaac. Risit autem ille quoque a morte solutus, ludens et exsultans cum sponsa, quæ nostra est ad salutem auxiliatrix, scilicet Ecclesia, cui firmum ac solidum nomen impositum est, *Tolerantia*; vel quoniam ea manet in sæcula, semper gaudens; vel quod constet ex tolerantia credentium, qui sumus membra Christi, et eorum sit, qui ad finem sustinuerunt, testimonium, et quæ sit propterea gratiarum actio. Hic est ludas mysticus, et salus, quæ cum honesto solatio fert auxilium. Rex itaque Christus e superis risum nostrum speculatur, et e fenestra, ut dicit Scriptura, *prospiciens*⁶⁶, gratiarum actionem, et benedictionem, et exultationem, et lætitiā, et simul etiam iis auxiliantem tolerantiam, et eorum conjunctionem, solam suam respicit Ecclesiam: ostendens faciem suam, quæ deat Ecclesia, quæ regali capite perfecta efficitur. Ubi erat autem fenestra, per quam ostendebatur Dominus? Caro, per quam fuit manifestatus. Ipse est Isaac (aliter enim accipere possumus) qui est typus ac figura Domini. Puer quidem, ut filius: erat enim filius Abraham, quemadmodum Christus Dei; hostia autem, sicut Dominus; sed non oblatas est, ut Dominus. Ligna solum sacrificii portavit Isaac, ut lignum Dominus. Mystice autem risit, prædicens fore ut Dominus nos risu impleret, qui sanguine Domini ab interitu et corruptione redempti sumus. Solummodo autem jure Isaac non passus est, qui primas passionis partes Verbo cesserit. Quin etiam significat Domini divinitatem, dum non fuit occisus. Surrexit enim post justa facta funeris Jesus non passus, quemadmodum Isaac dimissus est e sacrificio. Porro autem ad ejus quod propositum est defensionem, maximum quoque aliud afferam. Ipsum Dominum puellum nominat, id per Isaiam prædicens Spiritus: *Ecce puellus natus est nobis, et filius datus est nobis, cujus principatus super humerum ejus, et voca-*

⁶⁶ Genes. XVI, 8.

(5) Μὴ παθῶν. Non passus, sc. quoad τὴν θεότητα, de qua loquitur Clemens.

(6) Ἰδοὺ. Ὅτι Bibl. Græc. Dein, ἀρχὴ ἐγενήθη ἐπὶ τ. ibid. Mox καλεῖται τὸ ὄνομα, ibid.

(7) Διὰ τοῦ αὐτοῦ. Δι' αὐτοῦ τοῦ Evang.

(8) Θαυμαστός σύμβουλος. Admirabilis consiliarius. Apud D. Hieronymum in Isaiam redditur ex Hebræo admirabilis consiliarius, quod efferunt LXX magni consilii nuntius. In Antuerpiensi editione utrumque habetur in textu Græco LXX, at in editione Procopii in Isaiam, interprete J. Curterio, LXX viris tribuitur lectio μεγάλης βουλής ἄγγελος, altera autem θαυμαστός σύμβουλος Aquilæ, ut Theodotioni θαυμαστός βουλευῶν, hic apud Clementem utrumque vides: reliqua autem partim Symmacho, partim Theodotioni, cujus est etiam illud, τῷ πληθύνειν τὴν παιδείαν, quod multiplicet disciplinam; sic enim vertendum est potius, quam quod ludum multiplicet, usque ad illud καὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἐστὶ πέρας, quod est Theodotionis et Symmachii. LXX: αὐκ ἐστὶ ὄριον, vel apud alios τέλος. COLLECT.

(9) Ὡ τοῦ μ. Locus insignis adversus Arianos.

tum est nomen ejus, magni consilii Angelus⁸⁷. Quil A
est ergo puellus infans? Is, ad cujus imaginem nos
infantes sumus. Per eundem prophetam narrat
ejus magnitudinem: *Admirabilis, Consiliarius, Deus
potens, Pater æternus, Princeps pacis: eo quod disci-
plinam impleat: et pacis ejus non est finis*⁸⁸. O
magnum Deum! o perfectum puerum! Filius in Patre, et Pater in Filio. Et quomodo non est perfecta hujus
pueri puerilis disciplina et institutio, quæ omnes pervadit, pædagogi ritu nos pueros instituens, qui sumus
ejus infantes? Is manus in nos expandit, quæ aperte et evidenter fuere creditæ. De hoc puello fert
quoque testimonium Joannes, *qui est major propheta inter natos mulierum*⁸⁹: *Ecce Agnus Dei*⁹⁰. Quoniam
enim Scriptura pueros infantes, agnos nominat, Deum Verbum, qui propter nos homo factus est, qui nobis
in omnibus assimilari volebat, vocavit Agnum Dei, Filium nempe Dei, infantem Patris.

CAP. VI.

ΚΕΦ. Γ.

*Adversus eos, qui existimant puerorum et infantium
appellationem significare primarum disciplinarum B
doctrinam.*

Licet autem nobis veluti ex abundanti eos aggredi,
qui in reprehendis aliis delectantur. Non enim nos
pueri et infantes appellati sumus, quod sit puerilis et
contemnenda nostra disciplina, ut nos calumniati
sunt, qui sunt inflati scientia. Statim itaque regene-
rati recipimus perfectionem cujus causa festinaba-
mus. ✕ Fuimus enim illuminati, id autem est Deum
agnoscere. Non est ergo imperfectus, qui quod per-
fectum est, cognovit. Nec me reprehenderitis, quod
fatear 4 me Deum nosse. Ipsi enim Verbo ita di-
cere visum est: is vero, *liber* est. Jam enim dum
tingeretur Dominus, vox e cœlis testis dilecti reso-
nuit: *Tu es Filius meus dilectus, ego hodie genui
te*. Sapientes ergo hos rogemus; Christus hodie C
regeneratus, jam est perfectus, vel, quod est absur-
dissimum, ei aliquid deest? Si posterius ita est, ut
aliquid disceret, opus fuit. Jam vero Deus cum
esset, nihil didicisse fuit consentaneum. Neque
enim quis Verbo major fuerit. Sed neque magister
est ejus, qui solus est magister. Annon ergo vel in-
viti fatebuntur, Verbum perfectum ex perfecto Pa-
tre natum, ex œconomica præordinatione esse per-
fecte regeneratum? Et si erat perfectus, cur qui
erat perfectus tingebatur? Oportebat, inquit, im-
plere humanam professionem. Optime. Concedo hoc
enim. Simul ac ergo a Joanne tingitur, sit perfectus.
Recte. Nihil ergo ab eo amplius didicit? Nequa-
quam. Solo autem lavacro perficitur, et Spiritus
adventu sanctificatur? Ita habet. Hoc ipsum nobis D
quoque evenit, quorum fuit exemplar Dominus.

Πρὸς τοὺς ὑπολαμβάνοντας τὴν τῶν παιδίων καὶ
νηπίων (11) προσηγορίαν τὴν τῶν πρώτων μα-
θημάτων αἰνίττεσθαι διδασχὴν.

Ἐξεστὶ δὲ ἡμῖν ἐκ περιουσίας πρὸς τοὺς φιλεγκλή-
μονας ἐπαποδύσασθαι. Οὐ γὰρ παῖδες ἡμεῖς καὶ νήπιοι
πρὸς τὸ παιδαριῶδες καὶ εὐκαταφρόνητον τῆς μαθή-
σεως προσηγορέμεθα, καθὼς οἱ εἰς γινώσκοντες (12) πεφου-
σιωμένοι διαβεβλήκασιν. Ἀναγεννηθέντες (13) γοῦν
εὐθέως, τὸ τέλειον ἀπειλήφαμεν, οὐ ἔνεκεν ἐσπεύ-
δομεν. Ἐφωτίσθημεν γάρ· τὸ δὲ ἐστὶν ἐπιγινῶναι
τὸν (14) Θεόν. Οὐκ οὐκ ἀτελής ὁ ἐγνωκὼς τὸ τέλειον.
Καὶ μου μὴ λάθῃσθε (15), ὁμολογούντος ἐγνωκέναι
τὸν Θεόν· ἰδέ πως γὰρ ἔδοξεν εἰπεῖν τῷ Λόγῳ. Ὁ δὲ
ἐλεύθερος (16). Αὐτίκα γοῦν βαπτισομένῳ τῷ Κυρίῳ
ἀπ' οὐρανῶν ἐπέχησε φωνὴ μάρτυς ἡγαπημένου·
Υἱός μου (17) εἰ σὺ ἀγαπητός, ἐγὼ σήμερον γεγέν-
νηκά σε. Πυθώμεθα οὖν τῶν σοφῶν σήμερον ἀνα-
γεννηθεὶς ὁ Χριστός, ἥδη τέλειος ἐστὶν, ἢ, ὅπερ ἀπο-
πίτατον, ἑλλιπής; Εἰ δὲ τοῦτο, προσμαθεῖν τι αὐτῷ
δεῖ· ἀλλὰ προσμαθεῖν μὴ αὐτὸν εἰκὸς οὐδὲ ἔν, Θεὸν
ὄντα (18). Οὐ γὰρ μείζων τὸν εἶναι τοῦ Λόγου· οὐδὲ
μὴν διδάσκαλος τοῦ μόνου διδασκάλου. Μὴ τι οὖν
ὁμολογήσουσιν ἄκοντες τὸν Λόγον τέλειον ἐκ τελείου
φύντα τοῦ Πατρὸς, κατὰ τὴν οἰκονομικὴν προδιατύ-
πωσιν ἀναγεννηθῆναι τελείως (19); Καὶ εἰ τέλειος
ἦν, τί ἐβαπτίζετο ὁ τέλειος; Ἐδει, φασί, πλη-
ρῶσαι τὸ ἐπάγγελμα τὸ ἀνθρώπινον. Παγκάλως.
Φημί γάρ· ἅμα τοίνυν τῷ βαπτίζεσθαι αὐτὸν ὑπὸ
Ἰωάννου, γίνεται τέλειος; δῆλον ὅτι. Οὐδὲν οὖν
πρὸς αὐτοῦ προσέμαθεν. Οὐ γὰρ τελειοῦται δὲ τῷ
λουτρῷ μόνῳ, καὶ τοῦ Πνεύματος τῆ καθόδῳ (20)
ἀγιάζεται; Οὕτως ἔχει. Τὸ δὲ αὐτὸ συμβαίνει τοῦτο
καὶ περὶ ἡμᾶς, ὧν γέγονεν ὑπογραφή ὁ Κύριος.

✕ P. 143 ED POTTER, 92-93 ED. PARIS. ⁸⁷ Isa. ix, 6. ⁸⁸ Ibid. ⁸⁹ Luc. vii, 28. ⁹⁰ Joan. i, 29, 36.

(10) Ἰδοῦ. Ἰδε Evang.

(11) Τῶν παιδίων καὶ νηπίων. Τῶν νηπίων καὶ
τῶν παιδίων Reg.

(12) Οἱ εἰς γιν. Respicit I Cor. viii, 1: ἡ γινώσκεις
φυσιοῖ.

(13) Ἀναγ. Sic distingue: ἀναγεννηθέντες γοῦν, εὐ-
θέως τὸ τέλειον ἀπειλήφαμεν: cum igitur regenerati
fuimus, statim perfectionem recepitimus.

(14) Τόν. Hunc articulum omittunt Reg., Bod.

(15) Λάθῃσθε. Sunt qui putarint λωθῆσθε legen-
dum; sed λάθῃσθε in corripiendi et reprehendendi
significatione hic retinere, non video quid vetet.
SYLBURG.

(16) Ἐλεύθερος. Respicere videtur Joan. viii,

35, 36.

(17) Υἱός μου. Hic Clemens memoria lapsu varia
S. Scripturae loca miscet et confundit, Ἐν εἰ
ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν σοὶ ἠδύδοκῃσα, Luc.
iii, 22; Matth. iii, 17; Marc. i, 14, ubi de Christi
baptismo agunt. Υἱός μου εἰ σὺ, ἐγὼ σήμερον γε-
γέννηκά σε, Psal. ii, 7; Act. xiii, 33; Hebr. i, 5;
v, 5.

(18) Θεὸν ὄντα. Locus insignis de perfecta Christi
divinitate.

(19) Τελείως. Τελείως Reg., Bod.

(20) Καθόδῳ. Hæc vox pro vulg. μεθόδῳ reposita
est e Pal. ms. SYLBURG. Consentiant Reg., Bod.

Βαπτιζόμενοι, φωτιζόμεθα· φωτιζόμενοι, υιοποιούμεθα· υιοποιούμενοι, τελειούμεθα· τελειούμενοι, ἀπαθανατιζόμεθα. Ἐγὼ, φησὶν, *εἶπα· Θεοὶ ἐστέ, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες*. Καλεῖται (21) δὲ πολλαχῶς τὸ ἔργον τοῦτο χάρισμα, καὶ φώτισμα, καὶ τέλειον, καὶ λουτρὸν· λουτρὸν μὲν, δι' οὗ τὰς ἀμαρτίας ἀπορρυπτόμεθα, χάρισμα δὲ, ᾧ τὰ ἐπὶ τοῖς ἀμαρτήμασιν ἐπιτίμια ἀνείται· φώτισμα δὲ, δι' οὗ τὸ ἅγιον ἐκεῖνο φῶς τὸ σωτήριον ἐποπτεύεται, τούτέστιν δι' οὗ τὸ Θεῖον ὄφθαλμῶν τέλειον δὲ τὸ ἀπροσδεές φαμεν. Τί γὰρ ἔτι λείπεται τῷ Θεῖν ἔργον; Καὶ γὰρ ἄσπονον ὡς ἀληθῶς, χάρισμα κεκλήσθαι Θεοῦ τὸ μὴ πεπληρωμένον. Τέλειος δὲ ὢν, τέλεια χαριεῖται δέπουθεν. Ὡς δὲ ἅμα τῷ κελυθεῖν αὐτὸν πάντα γίνεται οὕτως ἔπεται τῷ χαρίσασθαι μόνον βουληθῆναι αὐτὸν πεπληρωθῆναι τὴν χάριν. Τὸ γὰρ μέλλον τοῦ χρόνου τῆ δυνάμει τοῦ θελήματος προσλαμβάνεται (22). Πρὸς δὲ καὶ ἡ τῶν κακῶν (23) ἀπαλλαγὴ σωτηρίας ἐστὶν ἀρχή. Μόνοι δὲ ἄρα οἱ πρῶτον (24) ἀρξάμενοι τῶν ὄρων τῆς ζωῆς ἤδη τέλειοι· ζῶμεν δὲ ἤδη οἱ θανάτου κεχωρισμένοι. Σωτηρία τοίνυν τὸ ἔπεσθαι Χριστῷ. Ὁ γὰρ γέγονεν (25) ἐν αὐτῷ ζωὴ ἐστιν (26). Ἀμήν, ἀμήν λέγω ὑμῖν, φησὶν, ὁ τῶν (27) λόγων μου ἀκούων, καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται· ἀλλὰ μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν. Οὕτω τὸ πιστεῦσαι μόνον καὶ ἀναγεννηθῆναι τελειώσις ἐστὶν ἐν ζωῇ· οὐ γὰρ ποτε ἀσθενεῖ ὁ Θεός. Ὡς γὰρ τὸ θέλημα αὐτοῦ ἔργον ἐστὶ, καὶ τοῦτο κόσμος ὀνομάζεται· οὕτω καὶ τὸ βούλημα αὐτοῦ ἀνθρώπων ἐστὶ σωτηρία· καὶ τοῦτο Ἐκκλησία κέκληται. Οἶδεν οὖν οὐδὲ κέκληκεν, οὐδὲ σέσωκεν· κέκληκεν (28) δὲ ἅμα, καὶ σέσωκεν. Αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, *θεοδιδασκτοὶ ἐστε*. Οὐκ ἄρα θεμιτὸν ἡμῖν ἀτελεῖς τὸ ὄπ' αὐτοῦ διδασκόμενον νοεῖν· τὸ δὲ μάθημα ἀίδιος σωτηρία αἰδίου Σωτῆρος· ᾧ ἡ χάρις εἰς τοὺς αἰῶνας αἰώνων, ἀμήν. Καὶ ὁ μόνον ἀναγεννηθεὶς, ὡσπερ οὖν καὶ τοῦνομα ἔχει, καὶ φωτισθεὶς ἀπῆλλαται μὲν παραχρῆμα τοῦ σκότους, ἀπελιπερὲ δὲ αὐτόθεν τὸ φῶς.

✠ P. 114 ED. POTTER, 93-94 ED. PARIS.
 21 1 Thess. iv, 9.

(21) *Καλεῖται*. De variis baptismi nominibus etiam Gregorius Nazianz., Oratione in S. baptismum p. 238. H: SYLBURG.

(22) *Προσλαμβάνεται*. Assumitur, acquiritur. Sed Lowthius inavult προλαμβάνεται, anticipatur; quam lectionem agnoscit interpres. Quod vero solo volendi actu Deus omnia fecerit, superius dixit, *Protrept.* p. 55, ubi con. n.

(23) *Ἡ τῶν κακῶν*. Liberationem a malis, salutis esse initium tradit et Philo p. 104, et Basil. p. 56, 94 et 580. H: SYLBURG.

..... Sapientia prima est
 Stultitia caruisse.

(24) *Πρῶτον*. Πρῶτοι Pal. ms., Sylburg., Reg.

(25) *Ὁ γὰρ γ*. Sic distinguendum: Ὁ γὰρ γέγονεν ἐν αὐτῷ, ζωὴ ἐστὶν· *nam quod est in ipso, vita est*. Quod sensum auctoris optime exprimere videtur. Iterum *Pædag.* lib. II, c. 9, pag. 185, 186: Ἐγγήγορον ἄρα πρὸς τὸν Θεὸν ὁ πεφωτισμένος· ὁ δὲ ποιούτος ζῆ· ὁ γὰρ γέγονεν ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν. At in vulg. Novi Testamenti editionibus hodie legitur, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἐν, ὁ γέγονεν. Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, Joan. i, 3, 4. Clementis lectionem teneant Cyrillus, Gregor. Nyssen. lib. I adv. Eunomium,

A *Tincti, illuminamur; illuminati, in filios adoptamur; adoptati, perficimur; perfecti, immortales reddimur. Ego, inquit, dixi: Dii estis et filii Excelsi omnes* 21. Multis autem modis vocatur hoc opus, gratis, illuminatio, perfectum, et lavacrum. Lavacrum quidem, per quod peccata abstergemus. Gratia autem, qua remittuntur poenæ, quæ peccatis debentur. Illuminatio autem, per quam sanctam illam et salutarem lucem intuemur, hoc est per quam Deum perspicimus. Perfectum autem dicimus, cui nihil deest. Quid enim ei desit, qui Deum novit? Est enim revera absurdum, Dei vocari gratiam, quæ non sit perfecta et undequaque plena. Nam qui est perfectus, perfecta utique largietur. Quemadmodum autem simul ac ipse jussit, sunt omnia;

B *ita sequitur, ut eo quod solum gratificari voluerit, plena fuerit gratia. Quod enim futurum est temporis, id per voluntatis potentiam anticipatur. His accedit, quod liberatio a malis est initium salutis.*

✠ *Soli ergo, qui primum vitæ fines attingimus, jam perfecti sumus. Jam autem vivimus, qui sumus a morte separati. Christum ergo sequi, salus est. Quod enim factum est, in ipso vita est* 22. Amen, amen dico vobis, inquit, qui sermones meos audit et credit

C *ei qui me misit, habet vitam æternam, et in iudicium non venit, sed transiit a morte ad vitam* 23. Ita solum credidisse et generatum esse, est in vita perfectio. Nunquam est enim Deus imbecillus. Quemadmodum enim ejus voluntas est opus, et id mundus nominatur; ita etiam ejus propositum est hominum salus, et ea vocata est Ecclesia. Novit ergo quos vocavit, quos servavit; simul autem vocavit et servavit. *Ipsi enim vos, inquit Apostolus* 24, *a Deo docti estis. Nefas est ergo imperfectum judicare, quod ab ipso docetur. Quod autem ab eo discitur, est æterni Servatoris æterna salus: cui gratia in sæcula sæculorum. Amen. Et qui est solummodo regeneratus et illuminatus, quemadmodum ipsum nomen indicat, et protinus a tenebris*

21 Psal. LXXXI, 6. 22 Joan. i, 4. 23 Joan. v, 24.

Hilarius, Augustinus, Gregor. Nazianz., Stephani codex quidam ms., teste Cl. Millio in not. ad hunc locum: item hæretici, qui S. Spiritus θεότητα negabant, ut refert Joannes Chrysostomus in Comment. Hos fuisse Macedonianos tradit Theophylactus pag. 560, edit. Paris. Ἐν αὐτῷ ζωὴ, etc. *Pneumatomachi, qui Spiritum negant esse Deum, hanc particulam sic legunt, « Et sine ipso factum est nihil. » Deinde, hoc loco facto puncto, legunt quasi ab altero principio: « Quod factum est in ipso, vita erat, » et interpretantur locum juxta suam mentem, dicentes quod hoc loco de Spiritu sancto evangelista disserat, dicens: « Quod factum est in ipso, » hoc est Spiritus sanctus, « vita erat. » Hæc autem dicunt Macedoniani, conantes ostendere Spiritum sanctum esse creaturam, et annumerare eum his, quæ facta sunt. Nos autem non sic, sed puncto facto postquam dixit: « Quod factum est, » a novo principio legimus, Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν.*

(26) *Ἔστιν*. Ἦν, Evang., Bod.

(27) *Ὁ τῶν*. Ὅτι ὁ τῶν, Evang.

(28) *Κέκληκεν*. Aliquis in marg. Reg. scripsit οὐς, ac si hoc loco decisset.

liberatur, et ab eo tempore lucem accipit. Quemadmodum ergo, qui somnum excusserunt, et ab eo tempore protinus intus vigilans; vel potius, quemadmodum qui oculorum suffusionem conantur amovere, non extrinsecus eis lucem suppediant, quam non habent, sed quod oculis impedimentum afferebat depellentes, liberam efficiunt pupillam; ita etiam qui tingimur, abstersis peccatis, quæ divino Spiritui quodammodo tenebras offundebant, liberum, ab omnique impedimento vacuum, et lucidum habemus Spiritus oculum: quo quidem solo quod divinum est intuemur, cœlitus influente nobis sancto Spiritu. Hæc est æterna aciei temperatura, quæ videre potest æternam lucem; quandoquidem quod simile est, est amicum simili; quod sanctum est autem, amicum est ei, ex quo sanctum est, quod lux proprie appellatum est. *Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino* 98. Hinc puto ab antiquis Græcis hominem vocatum χ esse φῶτα, id est lucem. At nondum, inquit, perfectum donum accepit. Ego quoque assentior; sed est in luce, et tenebræ ipsum non comprehendunt 99. Inter lucem autem et tenebras, nihil est intermedium. In resurrectione autem creditum, finis est repositus. Is autem non est aliquid aliud adipisci, quam id, quod promissum erat prius, assequi. Non enim eodem tempore ambo simul consistere dicimus, nempe et accessum ad finem, et accessum anticipationem. Non est enim idem, ævum et tempus; sed neque idem est appetitio et finis. Non certe. Circa unum autem ambo, et unus circa ambo versatur. Est autem, ut ita dicam, appetitio, fides, quæ in tempore generatur; finis autem, promissi assecutio firma ac stabilis in sæcula. Ipse autem Dominus salutis æqualitatem

✠ P. 115 ED. POTTER, 94-95 ED. PARIS.

(29) Τὸ ὀφθαλμὸν τῶν ὀφθαλμῶν. Oculorum suffusionem. C. Plinius *De re medica* 15: *Suffusiones et albugines*. Celsus lib. vi, cap. 6: *Suffusio, quam Græci ὀφθαλμῶν nominant, interdum oculi potentia, qua cernit, se opponit; sanguinem ex fronte, vel naribus mittere, in temporibus venas adurere expedit*. Definitur ab Ægineta lib. vi, cap. 21: *Ἀργού ὕγρου σύστασις ἐπὶ τὸν κεραιοειδῆ γίγνεται κατὰ τὴν κόρην, ἐμπόδιζουσα τὸ ὄρα, ἢ τὸ τρανώς ὄρα. Suffusio, pigri humoris concretio juxta pupillam in cornea membrana, quæ visum impedit, aut certe, ne oculus clare cernat, efficit*. COLLECT.

(30) Αὐτοῖς. Scribe αὐτοῖς, sibi.

(31) Δυναμένης. Malim δυναμένοις, quod habet Reg.

(32) Τὸ ὅμοιον. Dictum proverbiale. Hesiodus: *Αἰεὶ γὰρ τὸν ὅμοιον ἀγεί θεός ἐς τὸν ὅμοιον. Semper enim similem ducit Deus ad similem*.

(33) Ἀπελήψε. Ἐπέληψε, Reg.

(34) Καὶ τὸ σκότος. Respicit Joan. 1, 5: *Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ παρέλαβε*.

(35) Προωμολογημένης ἐπαγγελίας. Prius professæ promissionis; in baptismate scilicet, ut explicat Langbainius in epist. ad *Usserium*, inter *Usserianum* num. 215. Lowth.

(36) Τὴν ἰσότητα. Quid? an eodem gradu omnes beati futuri sunt? Non id dicit; sed tantum, fideles omnes æque salvos fieri; quod negabant hæretici

A ὡς περ οὖν οἱ τὸν ὕπνον ἀποσεισάμενοι εὐθέως ἐνδοθεν ἐγρηγόρασιν· μᾶλλον δὲ, καθάπερ οἱ τὸ ὑπόχυμα τῶν ὀφθαλμῶν (29) κατάγειν πειρώμενοι οὐ τὸ φῶς αὐτοῖς (30) ἐξωθεν χορηγοῦσιν, ὃ οὐκ ἔχουσιν, τὸ δὲ ἐμπόδιον ταῖς ὕψεσι καταδιβάζοντες, ἐλευθέραν ἀπολείπουσι τὴν κόρη· οὕτως καὶ οἱ βαπτιζόμενοι, τὰς ἐπισκοτούσας ἀμαρτίας τῷ θείῳ Πνεύματι ἀγλῦος δίχην ἀποτριψάμενοι, ἐλεύθερον καὶ ἀνεμπόδιον καὶ φωτεινὸν ἕμμα τοῦ Πνεύματος ἴσχυον· ᾧ δὴ μόνῳ τὸ θεῖον ἐποπτεύομεν, οὐρανὸν ἐπειρέοντος ἡμῖν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Κράμα τοῦ αὐγῆς ἀίδιον, τὸ ἀίδιον φῶς ἰδεῖν δυναμένης (31)· ἐπεὶ τὸ ὅμοιον (32) τῷ ὁμοίῳ φίλον· φίλον δὲ τὸ ἄγιον τῷ ἐξ οὗ τὸ ἄγιον· ὃ δὴ κυρίως κέλῃται φῶς. Ἦτε γάρ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ. Ἐντεῦθεν τὸν ἀνθρώπων ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἠγοῦμαι κεκλήσθαι φῶτα. Ἄλλ' οὐδέ πω, φασὶν, ἀπέληψε (33) τὴν τελείαν δωρεάν· σύμφημι καγὼ· πλὴν ἐν φωτὶ ἐστί, καὶ τὸ σκότος (34) αὐτὸν οὐ καταλαμβάνει· φωτὸς δὲ ἀνά μέσον καὶ τοῦ σκότους, οὐδὲ ἐν. Ἐν δὲ τῇ ἀναστάσει τῶν πιστευόντων ἀπόκειται τὸ τέλος· τὸ δὲ οὐκ ἄλλου τινός ἐστι μεταλαβεῖν, ἀλλ' ἡ τῆς προωμολογημένης ἐπαγγελίας (35) τυχεῖν. Μὴ γάρ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἅμα ἀμφω συνίστασθαι φασιν, τὴν τε πρὸς τὸ πέρας ἀφίξιν καὶ τῆς ἀφίξεως τὴν πρόληψιν· οὐ γάρ ἐστί ταῦτον αἰὼν καὶ χρόνος· οὐδὲ μὴ ὁρμη καὶ τέλος, οὐκ ἐστί· περὶ ἐν δὲ ἀμφω· καὶ περὶ ἀμφω ὃ εἰς καταγίνεται. Ἔστι γοῦν, ὡς εἰπεῖν, ὁρμη μὲν ἡ πίστις ἐν χρόνῳ γεννωμένη· τέλος δὲ τὸ τυχεῖν τῆς ἐπαγγελίας, εἰς αἰῶνας βεβαιούμενον. Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος σαφέστατα τῆς σωτηρίας τὴν ἰσότητα (36) ἀπεκάλυψεν, εἰπὼν· *Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς μου (37), ἵνα πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν Υἱόν, καὶ πιστεύων ἐπ' αὐτὸν ἔχη ζωὴν αἰώνιον· καὶ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ* 98 Ephes. v, 8. 98 Joan. 1, 5.

quidam, se solos γνωστικούς et πνευματικούς, cæteros vero omnes ψυχικούς appellantes. Quo pertinet, quod paulo inferius dicit, pag. 116: *Οὐκ ἄρα οἱ μὲν γνωστικοί, οἱ δὲ ψυχικοί ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ· ἀλλ' οἱ πάντες ἀποθέμενοι τὰς σαρκίαις ἐπιθυμίαις ἴσοι καὶ πνευματικοὶ παρὰ τῷ Κυρίῳ. Non ergo in eodem Verbo, alii sunt Gnostici, alii vero Psychici; sed omnes, qui concupiscentias carnales deposuerunt, sunt æquales et spirituales apud Dominum*. Hi porro Valentiniani erant, quos Irenæus lib. 1, cap. 11, 14, refert homines in tria genera distribuisse. 1. Horum primum erat ὑλικόν seu χοϊκόν, materiale ac terrenum, cui salutem penitus impossibilem esse dicebant. 2. Ψυχικόν, animale; in quo sunt οἱ δι' ἔργων καὶ πίστεως ψιλλῆς βεβαιούμενοι, καὶ μὴ τὴν τελείαν γνῶσιν ἔχοντες· εἶναι δὲ τούτους ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἡμᾶς λέγουσι. *Qui per opera et fidem nudam firmantur, et non habent cognitionem perfectam; esse autem hos, nos qui sumus in Ecclesia*. 3. Πνευματικόν, spirituale, quod iis constat, qui τελείαν γνῶσιν, perfectam cognitionem, habent: unde se Gnosticos appellabant; et se non sive vel operibus quibusvis, sed natura salvos fieri, et præterea majori gloria, quam reliqui homines consequi possent, dignandos fore jactabant. Proinde adversus hos Clemens asserit, salutem ad omnes, qui vera fide prædit sunt, æqualiter pertinere.

(37) Τοῦ Πατρὸς μου. Τοῦ πέμψαντός με. Euaug. Mox, εἰς αὐτὸν pro ἐπ' αὐτόν, ibid. Dein, αὐτὸν ἐγὼ τῇ pro αὐτόν ἐν τῇ. Ibid.

τῇ ἡμέρᾳ. Καθόσον (38) μὲν οὖν δυνατὸν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, ὃν ἐσχάτην ἡμέραν ἠνέξατο, εἰς τότε τηρούμενον ὅτε παύσῃται, τελείους ἡμᾶς γενέσθαι πιστεύομεν. Πίστις γὰρ μαθήσεως τελειότης· διὰ τοῦτο φησιν· Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν (39), ἔχει ζωὴν αἰώνιον. Εἰ τοίνυν οἱ πιστεύσαντες ἔχομεν τὴν ζωὴν, τί περαιτέρω τοῦ κεκτῆσθαι ζωὴν αἰδίων (40) ὑπολείπεται; Οὐδὲν δὲ ἐνδεὶ τῇ πίστει, τελείᾳ οὕτῃ ἐξ αὐτῆς (41) καὶ πεπληρωμένη. Εἰ δὲ ἐνδεὶ τι αὐτῇ, οὐκ ἔστιν ὀλοτελής· οὐδὲ πίστις ἐστὶ σκάζουσα περὶ τι· οὐδὲ μετὰ τὴν ἐνθὲνδε ἀποδημίαν ἀναμένει (42) τοὺς πεπιστευκότας, ἀδιακρίτως (43) ἐνταῦθα ἡρώτωνισμένους. Ἐκεῖνο (44) δὲ τὸ πιστεῦσαι ἤδη προειληφότες ἐσόμενον μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀπολαμβάνομεν γενόμενον· ὅπως τ' ἂν ἐκεῖνο πληρωθῇ τὸ λεχθὲν· Γενηθήτω κατὰ τὴν πίστιν σου. Οὐ δὲ ἡ πίστις, ἐνταῦθα ἡ ἐπαγγελία· τελειώσις δὲ ἐπαγγελίας ἡ ἀνάπαυσις. Ὅστε ἡ μὲν γνῶσις ἐν τῷ φωτισματι, τὸ δὲ πέρας τῆς γνῶσεως, ἡ ἀνάπαυσις· ὃ δὲ ἔσχατον νοεῖται ὀρεκτόν. Καθάπερ οὖν τῇ πείρᾳ ἡ ἀπειρία καταλύεται, καὶ τῷ πόρῳ ἡ ἀπορία· οὕτως ἀνάγκη τῷ φωτισμῷ ἐξαφανίζεσθαι τὸ σκότος· ἡ ἀγνοία δὲ τὸ σκότος; καθ' ἣν περιπίπτομεν τοῖς ἀμαρτήμασιν, ἀμβλυποῦντες περὶ τὴν ἀλήθειαν· φωτισμὸς ἄρα ἡ γνῶσις ἐστίν, ὃ ἐξαφανίζων τὴν ἀγνοίαν, καὶ τὸ διορατικὸν ἐντιθεῖς. Ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν χειρόνων ἀποβολὴ τῶν κρειττόνων ἐστὶν ἀποκάλυψις (45). Ἄ γὰρ ἡ ἀγνοία συνέδησε (46) κακῶς, ταῦτα διὰ τῆς ἐπιγνώσεως ἀναλύεται καλῶς· τὰ δὲ δεσμὰ ταῦτα, ἢ τάχος, ἀνίεται· πίστει μὲν ἀνθρωπίνῃ, θεϊκῇ δὲ τῇ χάριτι· ἀφιεμένων τῶν πλημμελημάτων ἐν Παιωνίῳ φαρμάκῳ, λογικῷ βαπτίσματι. Πάντα μὲν οὖν ἀπολούμεθα τὰ ἀμαρτήματα, οὐκέτι δὲ ἔσμεν παρὰ πόδας κακοί. Μία χάρις αὕτη τοῦ φωτισματος, τὸ μὴ τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ πρὶν ἢ λούσασθαι τὸν τρόπον. Ὅτι δὲ ἡ γνῶσις συνανατέλλει τῷ φωτισματι, περιαστράπτουσα τὸν νοῦν, καὶ εὐθέως ἀκούομεν (47) μαθηταὶ οἱ ἀμαθεῖς· πότερόν ποτε τῆς μαθήσεως ἐκείνης προσγενομένης; οὐ γὰρ ἂν ἔχοις εἰπεῖν τὸν χρόνον· ἡ μὲν γὰρ κατήχησις εἰς πίστιν περιάγει, πίστις δὲ, ἅμα βαπτίσματι ἁγίῳ παιδεύεται Πνεύματι· ἐπεὶ ὅτι γε μία καθολικὴ τῆς ἀνθρωπότητος σωτηρία, ἡ πίστις, ἰσότης δὲ καὶ κοινωνία τοῦ δικαίου καὶ φιλοφροῦντος Θεοῦ, ἡ αὕτη πρὸς πάντας, ὃ Ἀπόστολος σαφέστατα ἐξηγήσατο, ὡς πῶς εἰπὼν· Πρὸ τοῦ δὲ

✠ P. 116 ED. POTTER, 95 ED. PARIS.

(38) *Kathóson*. Sensus est: « Igitur quatenus fieri potest in hoc mundo, quem *novissimum diem* ideo vocavit, quod certo tempore, ad quod servatur, periturus sit, nos esse perfectos credimus. » Τηρεῖσθαι hoc modo non semel usurpatum a Petro, II Epist. II, 4, 9; III, 7.

(39) *Υἱόν*. Ἰησοῦν, Reg.

(40) *Αἰδίων*. Αἰώνιον, Reg., Bod.

(41) *Αὐτῆς*. Scribe αὐτῆς, se.

(42) *Ἀναμένει*. *Expectare facit, differt, dilationem interponit*. Sed an hæc vox alibi isto sensu sumatur, nescio. LOWTH.

(43) *Ἀδιακρίτως*. Ignatius in principio Epist. ad Romanos, *Πεπληρωμένοις χάριτος Θεοῦ ἀδιακρί-*

Apertissime revelavit, cum dixit: Hæc est enim voluntas Patris mei, ut omnis qui contemplatur Filium et credit in ipsum, habeat vitam æternam, et resuscitabo ipsum in novissimo die 97. Quatenus ergo fieri potest in hoc mundo, quem per *novissimum diem* significavit, qui eousque servatur, dum cessaverit, nos perfectos factos esse credimus. Fides enim est doctrinæ perfectio. Et ideo dicit: *Qui credidit in Filium, habet vitam æternam* 98. Si ergo qui credidimus, habemus vitam, quid reliqui est ultra vitæ æternæ 99 possessionem? Fidei autem, cum ex se perfecta et plena sit, nihil deest. Sin autem ei aliquid deest, non est undequaque perfecta. Neque fides in ulla re claudicat; neque postquam ex hoc loco excesserint, exspectare faciunt eos qui crediderunt, cum absque ullo discrimine hic arriam acceperint. Sed cum illud, quod futurum est, post resurrectionem præceperimus credere, quod factum est recipimus, ut illud impleatur, quod dictum est: *Fiat secundum fidem tuam* 99. Ubi autem fides, hic promissio; promissionis autem perfectio est requies. Quapropter cognitio ✠ quidem est in illuminatione; finis autem cognitionis, requies. Quod quidem extremum expetendum intelligitur. Quemadmodum ergo imperitia, peritia solvitur, et inventa certa via, dubitatio: ita illuminatione tenebras deleri necesse est. Tenebræ autem sunt ignorantia, per quam in peccata incidimus, circa veritatem hallucinantes. Cognitio ergo est illuminatio, quæ delet ignorantiam, et perspicacem videndi facultatem inserit. Quinetiam eorum, quæ sunt deteriora, rejectio, est meliorum revelatio. Quæ enim male colligavit ignorantia, ea pulchre resolvit agnitio. Hæc autem vincula quam celerrime remittuntur, humana quidem fide, divina vero gratia: cum nimirum remittuntur peccata uno medicamento Pæonio, nempe baptismo secundum Verbum. Omnia ergo peccata eluimus, et e vestigio mali non sumus amplius. Una enim est hæc gratia illuminationis, quod non sunt iidem mores, qui erant antequam lavaremur. Quoniam autem cognitio una oritur cum illuminatione, circa mentem refulgens, et qui rudes et ignari eramus, protinus vocamur discipuli: utrumne id factum est, cum aliquando adventasset disciplina? non enim poteris tempus dicere. Catechesis enim ad fidem deducit. Fides

97 Joan. VI, 40. 98 Joan. III, 36. 99 Math. IX, 29.

τως, impletis gratia Dei indivisim.

(44) *Ἐκεῖνο*. Sic scribe et distingue: Ἐκεῖνο δὲ διὰ τὸ πιστεῦσαι ἤδη προειληφότες ἐσόμενον, μετὰ τὴν ἀνάστ. Vel, Ἐκεῖνο δὲ τῷ πιστ., ut vult Lowthius. Vel, Ἐκεῖνο δὲ πιστ. Sensus est: *Futurum autem illud, quod fide jam præcepimus, post resurrectionem præsens referemus.*

(45) *Ἀποκάλυψις*. Legi possit ἀπόληψις. Gregorius Nyssen.: Ἦ τοῦ κακοῦ παύσις ἀρχὴ τῆς κατ' ἀρετὴν ἐστὶν ὁρμῆς. H. SYLBURG.

(46) *Συνέδησε*. Isa. LVIII, 6: *Λύε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας.*

(47) *Καὶ εὐθέως ἀκούομεν*. Hæc sic scribi posse videntur: Καὶ εὐθέως ἀκούομεν μαθηταὶ οἱ ἀμαθεῖς, πρὸ-

autem simul cum baptismo docetur a divino Spiritu. Quod enim fides una sit generalis salus humanæ naturæ, eadem sit autem justi et benigni Dei erga omnes æqualitas et communicatio, Paulus manifestissime exposuit, sic dicens : *Præquam autem veniret fides, custodiebamur sub lege, conclusi sub fide, quæ erat revelanda. Quare lex fuit noster prælagogus in Christo, ut ex fide justificemur. Postquam autem venit fides, non sumus amplius sub prædago* ¹. Non auditis nos non esse amplius sub illa lege, quæ erat cum timore, sed sub Verbo, qui est Prædagogus liberi arbitrii? Deinde subjunxit vocem, quæ est remota ab omni personarum acceptione: *Omnes enim fidei estis per fidem Dei in Christo Jesu. Quicumque enim in Christum baptizati estis, Christum induistis. Non est Judæus nec Græcus, non est servus nec liber, non est masculus et femina. Omnes enim vos unus estis in Christo Jesu* ². Non ergo alii quidem sunt cognitione præditi, alii autem animales, in eodem Verbo; sed omnes, qui concupiscentias carnales deposuerunt, sunt æquales et spirituales apud Dominum. Et ✕ rursus alibi scribit : *Etenim uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive Græci, sive servi, sive liberi: et omnes ex uno poculo bibimus* ³. Neque verò absurdum fuerit illorum quoque ipsorum verbis uti, qui meliorum recordationem, percolationem esse dicunt Spiritus. Percolationem autem dicunt, peiorum, quæ meliorum recordatione fit, separationem. Eum itaque, qui meliora revocavit in memoriam, necessario sequitur pœnitentia propter deteriora. Ipsum ergo Spiritum pœnitentia adductum recurrisset fatentur. Eodem modo nos quoque nostrorum peccatorum moti pœnitentia, delictis renuntiantes, baptismo percolati, ad æternam quoque lucem recurrimus, filii ad patrem. Exsultans itaque in Spiritu Jesus, *Confiteor tibi, Pater, inquit, Deus cæli et terræ, quod abscondisti hæc a sapientibus et intelligentibus, et revelasti ea parvulis* ⁴. Infantes nos ac parvulos Prædagogus et magister appellans, qui sapientibus,

✕ P. 117 ED. POTTER, 96 ED. PARIS.
¹ 1 Cor. xii, 13. ² Luc. x, 21.

τερόν ποτε τῆς μαθήσεως ἐκεῖνης προσγενομένης· οὐ γὰρ ἂν ἔχ. Scilicet πρότερον mutato in πρότερον, et (quod consequens est) sublatâ interrogationis nota. Ut sensus sit : *Stalim etiam discipuli audimus, qui Doctrinæ expertes fuimus, illa doctrina prius aliquando accedente; nam certum tempus desiniri haud potest.*

(48) *Συγκλειόμενοι. Συγκλειόμενοι*, Galat.

(49) *Υἱοὶ ἐστε. Υἱοὶ Θεοῦ ἐστε διὰ τῆς πίστεως ἐν Χρ.*, Galat. Mox, οὐδέ his occurrit pro οὕτε.

(50) *Εἰς Χριστόν.* Ἐν Χριστῷ, Reg. Sed aliquis in margine scripsit εἰς Χριστόν.

(51) *Οὐκ ἄρα.* Conf. quæ superius adnotata sunt, p. 115, not.

(52) *Πνευματικοί.* Πνευματικός, Reg., Bod. In utroque porro codice juxta hunc locum plures lacunæ apparent, verbis, quæ hic occurrunt, supplendæ.

(53) *Ἐνί.* Ἐν ἐνί apud Paulum. Mox, εἰ τὲ ἐλεύθεροι. Ibid.

(54) *Συγχρησασθαι.* Συγγρίσασθαι Reg.

(55) *Διυλισμόν.* Valentiniiani dicebant animam

A *συγκλειόμενοι* (48) εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθῆναι. Ὅστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν ἔγεγονεν εἰς Χριστόν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶμεν ἐλευθέρως δὲ τῆς πίστεως, οὐκέτι ὑπὸ παιδαγωγόν ἔσμεν. Οὐκ ἀκούετε, ὅτι ὑπ' ἐκείνων τὸν νόμον οὐκέτι ἐσμὲν, ὃς ἦν μετὰ φόβου· ὑπὸ δὲ τὸν λόγον, τῆς προαιρέσεως τὸν Παιδαγωγόν; Εἴτα μέντοι ἐπ' ἔργαγε τὴν ἀπάσης ἐκτὸς προσωπολήφιας φωνήν· Πάρτες γὰρ υἱοὶ ἐστε (49) διὰ πίστεως Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὅσοι γὰρ εἰς Χριστόν (50) ἐβαπτίσθητε, Χριστόν ἐνεδύσασθε· οὐκ ἐνὶ Ἰουδαίος οὕτε Ἑβραίου· οὐκ ἐνὶ δοῦλος, οὕτε ἐλεύθερος· οὐκ ἐνὶ ἄρσεν καὶ θῆλυ· πάντες γὰρ ὑμεῖς εἰς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Οὐκ ἄρα (51) οἱ μὲν γνωστικοί, οἱ δὲ ψυχικοὶ ἐν αὐτῷ τῷ Λόγῳ, ἀλλ' οἱ πάντες ἀποθέμενοι τὰς σαρκικὰς ἐπιθυμίας, Ἰσοὶ καὶ πνευματικοὶ (52) παρὰ τῷ Κυρίῳ. Καὶ ἀλλαχόθι πάλιν γράφει· Καὶ γὰρ ἐνί (53) πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἐν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλληνες, εἴτε δοῦλοι, καὶ ἐλεύθεροι· καὶ πάντες ἐνί σώματι ἐπίομεν. Οὐκ ἄτοπον δὲ καὶ τοῖς αὐτῶν ἐκεῖνων συγχρησασθαι (54) ῥήμασιν, οἱ διυλισμόν (55) μὲν τοῦ πνεύματος, τὴν μνήμην τῶν κρείττωνων εἶναι φασιν, διυλισμόν δὲ νοοῦσι τὸν ἀπὸ τῆς ὑπομνήσεως τῶν ἀμεινόνων τῶν χειρόνων χωρισμόν.

B *Ἐπεταὶ δὲ ἐξ ἀνάγκης τῷ ὑπομνησθέντι* (56) τῶν βελτιόνων ἢ μετάνοια ἢ ἐπὶ τοῖς ἔττοσιν· αὐτὸ γοῦν τὸ πνεῦμα ὁμολογοῦσι μετανοήσαν ἀναδραμεῖν. Τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις μετανοήκτες, ἀποταξάμενοι τοῖς ἐλαττώμασιν αὐτῶν, διυλισόμενοι βαπτίσματι, καὶ (57) πρὸς τὸ ἀθῆον ἀνατρέχονεν φῶς, οἱ παῖδες πρὸς τὸν πατέρα. Ἀγαλλισάμενος γοῦν ἐν τῷ Πνεύματι ὁ (58) Ἰησοῦς, *Ἐξομολογούμαι σοι, Πάτερ, φησὶν, ὁ Θεὸς (59) τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετιῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις· νηπίους ἡμᾶς ὁ Παιδαγωγὸς καὶ διδάσκαλος ἀποκαλῶν, τοὺς τῶν ἐν κόσμῳ σοφῶν ἐπιτηδαιοτέρους εἰς σωτηρίαν· οἱ, σοφοὺς (60) σφᾶς ἡγούμενοι, τετύφωνται (61)· καὶ ἐπιδοῦνται ἀγαλλώμενος καὶ ὑπερευφραίνόμενος, οἷον ἐν-*

C *Galat. iii, 23, 24, 25. ¹ Ibid. 26, 27, 28.*

ac spiritum quodammodo defæcari et percolari, id est a vitiiis ex ὕλη, materia, secundum eorum placita, ortis, purgari. Irenæus, lib. i, sub finem cap. 11 : *Ἐν τε πόνοις καὶ ταλαιπωρίας ψυχῇ γενομένη εἰς διυλισμόν αὐτῆς, Cum in doloribus et calamitatibus anima fuerit ad percolationem suam. Πνεύματα ἀκάθαρτα συμπλεγμένα τῇ ψυχῇ διυλιζέσθαι, impuri spiritus cum anima complicati percolatione facta separari, dicuntur in Clementis Epit. Theol. pag. 801, col. 1.*

(56) Ἐπομνησθέντι. Μνησθέντι, Reg. Bod.

(57) *Kal.* Hanc particulam supplevit Sylburg. Eam mss. codd. omittunt. Et quidem recte.

(58) Ὁ. Hic articulus additus e Pal. ms. Sinens. — Eundem agnoscunt Reg. Bod.

(59) Ὁ Θεός. Κύριε, Luc. item Matth. xi, 25.

(60) *Σοφοὺς.* Rom. i, 22 : *Φύσκορτες εἶναι σοφοί, ἐμωράνθησαν.*

(61) *Τετύφωνται.* Aliqui scribunt, τετύφλωνται, cæcæcati sunt.

τραυλιζων τοις νηπιοις· *Ναι, ὁ Πατήρ, ὅτι οὕτως ἄνθρωποι ἐβδόκῃ ἐγένετο (62) ἔμπροσθέν σου. Διὰ τοῦτο τὰ κεκρυμμένα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν τοῦ νῦν αἰῶνος, ἀπεκαλύφθη τοῖς νηπιοῖς. Ἄρα εἰκότως οἱ παῖδες τοῦ Θεοῦ, οἱ τὸν μὲν παλαιὸν (63) ἀποθέμενοι ἄνθρωπον, καὶ τῆς κακίας ἐκδυσάμενοι τὸν χιτῶνα, ἐπενδυσάμενοι δὲ τὴν ἀφθαρσίαν τοῦ Χριστοῦ, ἵνα καινὸς γενόμενος λαὸς ἅγιος ἀναγεννηθέντες, ἀμίαντον φυλάξωμεν τὸν ἄνθρωπον. Καὶ νήπιος μὲν, ὡς βρέφος τοῦ Θεοῦ, κεκαθαρμένος πορνείας καὶ πονηρίας. Σαφέστατα γοῦν ὁ μακάριος Παῦλος ἀπήλλαξεν ἡμᾶς τῆς ζητήσεως, ἐν τῇ προτέρᾳ πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολῇ ὡδὲ πως γράφων· Ἄδελφοί, μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσίν, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε, ταῖς δὲ φρεσίν τέλειοι γίνεσθε. Τὸ δὲ, Ὅτε ἤμην νήπιος, ἐφρόνουν (64) ὡς νήπιος. ἐλάλουν ὡς νήπιος· τὴν κατὰ νόμον ἀγωγὴν αἰνιττεται, καθ' ἣν οὐχ ὡς ἀπλοῦς ἦδη, ἀλλ' ὡς ἔτι ἄφρων, νήπια μὲν (65) φρονῶν, ἐδίωκε, νήπια δὲ λαλῶν, ἐβλασφήμει τὸν Λόγον. Δύο γὰρ σημαίνει τὸν νήπιον. Ἐπειδὴ (66) γέγονα, φησὶν, ἀνὴρ, πάλιν ὁ Παῦλος λέγει, κατήρηκα τὰ τοῦ νηπίου. Οὐχ ἡλικίας μέγεθος ἀτελές, ἀλλ' οὐδὲ μὴν χρόνου μέτρον ὠρισμένον, ἀλλ' οὐδὲ ἀνδρικῶν καὶ ἐντελεστέρων μαθημάτων διδασκᾶς ἄλλας ἀπορρήτους αἰνιττεται, τὴν νηπιότητα ὑπερόριον ἀποστέλλων, ὁ καταγγέλλειν αὐτὴν ὁμολογῶν Ἀπόστολος· ἀλλὰ νηπίους μὲν τοὺς ἐν νόμῳ λέγει, οἱ τῷ φόβῳ, καθάπερ οἱ παῖδες τοῖς μορμουλκείοις, ἐκταράττονται· ἄνδρας δὲ, τοὺς (67) Λόγῳ πειθιγνοὺς καὶ αὐτεξουσίους κέκληκεν· οἱ πεπιστευκαμεν, ἐκουσίῳ προαιρέσει σωζόμενοι, ἐμφρόνως, οὐκ ἀφρόνως δεδιττόμενοι τῷ φόβῳ. Αὐτὸς περὶ τούτου μαρτυρήσει ὁ Ἀπόστολος, τοὺς Ἰουδαίους κατὰ τὴν προτέραν Διαθήκην κληρονόμους λέγων, κατ' ἐπαγγελίαν δε ἡμᾶς. Λέγω δὲ, φησὶν, ἐφ' ὅσον χρόνον ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστιν, οὐδὲν διαφέρει δούλου, κύριος πάντων ὢν, ἀλλὰ ὑπὸ ἐπιτροπῆς ἐστὶ καὶ οἰκονόμος ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρὸς· οὕτως (68) καὶ ἡμεῖς, ὅτε ἤμεν νήπιοι, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἤμεν δεδουλωμένοι· ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαλείσκειν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον (69) ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν νόθεσίαν ἀπολάβωμεν δι' αὐτοῦ (70). Ὅρα πῶς ὠμολόγησεν εἶναι νηπίους τοὺς ὑπὸ φόβον καὶ ἀμαρτίας (71)· τοὺς δὲ ὑπὸ τὴν πίστιν, υἱοὺς καλῶν, ἀπήνδρωσεν, ὡς πρὸς ἀντιδιαστολήν*

✠ P. 418 ED. POTTER, 97 ED. PARIS.
 * Ibid. * Gal. iv, 1, 2, 3, 4, 5.

(62) *Εὐδοκία ἐγένετο*. Ἐγένετο *εὐδοκία*, Luc., Matth.

(63) *Παλαιόν*. Diversa S. Scripturæ loca, ut sæpe alias, sic hoc etiam loco, in unum confudit. Ephes. iv, 22 : Ἀποθέσθαι ὑμᾶς κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον. Jud. 2 : Μισοῦντες καὶ τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα. II Cor v, 4 : Ἐφ' ᾧ οὐ θέλωμεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι, ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν τοῦτο τῆς ζωῆς. I Cor. xv, 53 : Δεῖ γὰρ τὸ σαρκετὸν οὗτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν. Ephes. iv, 24 : Καὶ ἐνδύσασθαι καινὸν ἄνθρωπον.

A qui sunt in mundo, sumus aptiores ad salutem, qui sapientes seipsos existimantes, superbia inflati sunt; exclamat exsultans, et mirandum in modum lætus, tanquam una cum infantibus habuitiens: *Recte, o Pater, quia sic complacuit ante te* *. Propterea quæ absconsa sunt a sapientibus et intelligentibus hujus, quod nunc est, sæculi, revelata sunt infantibus. Merito ergo Dei sumus pueri, qui veterem quidem hominem deposuimus, et vitii tunicam exuimus, Dei autem incorruptionem induimus, ut novus facti populus sanctus, regenerati, impollutum hominem custodiamus. Et infans quidem, tanquam Dei puellus, a fornicatione et improbitate est expurgatus. Manifestissime itaque beatus Paulus nos ab hac quæstione expedit, in priorie Epistola ad Corinthios sic scribens: *Frates, ne pueri efficiamini mentibus, sed sitis vitio infantes, mentibus autem estote perfecti* *. Illud autem: *Quando eram parvulus, cogitabam ut parvulus, loquebar ut parvulus* †, quam sub lege egit vitam significat in qua non ut jam simplex, sed ut adhuc insipiens, stulta quidem animo agitans, persequabatur: stulta autem loquens, blasphemis Verbum incessabat. Duo enim significat τὸ νήπιον, *infantem* ✕ videlicet, et *stultum*. *Postquam factus sum*, inquit, *vir* (rursus dicit Paulus †) *feci ut cessarent ea, quæ erant infantis*. Non ætatis imperfectam magnitudinem, sed nec temporis præfinitam mensuram, neque virilium et perfectorum disciplinarum 43 arcanas significat doctrinas, cum infantiam relegat, qui se eam annuntiare profitetur Apostolus. Sed infantes quidem dicit eos, qui sunt in lege, qui, non secus ac larvis pueri, timore perturbantur; viros autem, qui Verbo paremus, nostrique sumus juris et arbitrii vocavit nos, qui credidimus, spontanea electione servati, sapienter, non insipienter metu territi. De hac re testimonium feret ipse Apostolus, Judæos secundum prius Testamentum dicens hæredes, nos autem secundum promissionem. *Dico autem*, inquit, *quandiu hæres est infans, nihil differt a servo, cum sit dominus omnium, sed est sub tutoribus et curatoribus usque ad patris præfinitum tempus: ita et nos, quando eramus sub elementis mundi, in servitute eramus; quando autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui erant sub lege, redimeret, ut adoptionem filiorum per ipsum reciperemus* *. Vide

* Luc. x, 21. * I Cor. xiv, 20. † I Cor. xiii, 11.

(64) *Ἐφρόνουν*. Ὡς νήπιος ἐλάλουν, ὡς νήπιος ἐφρόνουν, apud Paulum.

(65) *Μέν*. Δέ, Col.

(66) *Ἐπειδὴ*. Ὅτι δὲ apud Paulum.

(67) *Τὸς*. Τῷ, Reg.

(68) *Οὕτως*. Οὕτω, Galat.

(69) *Γενόμενον*. Γεννώμενον, Reg. Quam lectionem Irenæus, lib. iii, cap. 18, Augustinus, et Novi Testamenti mss. codd. multi ac versiones sequuntur. Mox, ὑπὸ νόμου, Reg.

(70) *Δι' αὐτοῦ*. Additum a Clemente.

(71) *Ἀμαρτίας*. Ἀμαρτίας, Reg.

quomodo confessus est esse infantes, qui timori et peccatis subjecti sunt; eos autem, qui sub fide sunt, filios vocans, viros effecit, ut eos distingueret ab infantibus, qui sunt in lege. *Non est enim, inquit, amplius servus, sed filius. Sin autem filius, et heres per Deum*¹⁰. Quid ergo filio deest post hæreditatem? Eleganter ergo sic exponi potest illud: *Quando eram infans, hoc est, quando eram Judæus (erat enim origine Hebræus), cogitabam ut infans, quoniam sequebar legem: postquam autem factus sum vir, non amplius quæ sunt infantis, hoc est, quæ sunt legis, sed quæ sunt viri, cogito; hoc est, quæ sunt Christi, quem solum virum Scriptura vocat, ut ante diximus: Cessare feci, quæ sunt infantis. Quæ est autem in Christo infantia, est perfectio. Itaque hac in parte contra legem patrocinari nostræ infantia debemus. Est præterea interpretandum il quoque, quod ab Apostolo dictum est: Lac vobis potum dedi, tanquam infantibus in Christo, non cibum: nondum enim poteratis, sed neque adhuc nunc potestis*¹¹⁻¹². Non enim mihi videtur Judaice accipiendum, quod dicit. Nam illam Scripturam ei ex adverso opponam: *Inducam vos in terram bonam, lacte et melle fluentem*¹³. Exoritur itaque maxima dubitatio hærum Scripturarum collationem attendentibus. Si enim fidei in Christum principium est, quæ per lac designatur infantia; ea autem, tanquam puerilis et imperfecta, vili penditur: quomodo ejus, qui est perfectus et scientia præditus, post cibum requies, infantili rursus lacte honorata est? Nunquid ergo hoc, ut quod quamdam parabolam declarat, tale quid significat; et est utique hoc dictum ita legendum: *Lac vobis potum dedi in Christo; et parvo interjecto spatio subjungamus, tanquam infantibus: ut per lectionis distinctionem, talem sensum accipiamus: Catechizavi vos in Christo, simplici et vero et per se naturali alimento spiritali; talis est enim lactis, quæ est alitrix animalium, substantia, ex amantibus uberibus scaturiens: ita ut universum sic intelligatur: Quemadmodum nutrices recentem natos infantes lacte nutriunt, ita ego Christi lacte, nempe Verbo, vobis spirituale nutrimentum instillans. Ita ergo perfectum est alimentum lac perfectum, et ad finem, qui nunquam cessaturus est, deducit. Quocirca in Requite quoque idem ipsum lac et mel promittitur. Jure enim rursus justis lac Dominus pollicetur, ut aperte Verbum esse utrumque ostendatur, A et Ω, principium et*

✕ P. 119 ED. POTTER, 98 ED. PARIS. 17, et sæpe alibi.

(72) Οὐκ ἔτι γάρ. Ὅστε οὐκ ἔτι, Galat.

(73) Εἰ δὲ υἱός. Εἰ δὲ καὶ υἱός, Bod. Μοχ, κληρονόμος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ, Galat.

(74) Τοῦτέστιν. Τό addunt post τοῦτέστιν, Bod., Reg.

(75) Καθώς. Ὡς, Reg.

(76) Ἡ δὲ ἐν Χρ. Sic distingui debet: Ἡ δὲ ἐν Χριστῷ νηπιότης τελειώσις ἐστίν, ὡς πρὸς τὸν νόμον. Ἐνταῦθα γενομένη. Εἰς vero infantia, quæ in Christo est, si cum lege conferatur, est perfectio. Hoc loco cum simus, infantia; nostræ patrocinan-

A τῶν ἐν τῷ νόμῳ νηπιῶν. Οὐκ ἔτι γάρ (72), φησὶ, δουλος εἶ, ἀλλὰ υἱός· εἰ δὲ υἱός (73), καὶ κληρονόμος διὰ Θεοῦ. Τί οὖν ἐνδεῖ τῷ υἱῷ μετὰ τὴν κληρονομίαν; χάριεν τοίνυν οὕτως ἐξηγήσασθαι τό· Ὅτε ἡμῖν νηπιός, τοῦτέστιν (74), ὅτε ἡμῖν Ἰουδαίος (Ἐβραῖος γὰρ ἀνοθεν ἦν), ὡς νηπιός ἐφρόνουν, ἐπειδὴ εἰπομένη τῷ νόμῳ· ἐπεὶ δὲ γέγονα ἀνὴρ, οὐκέτι τὰ τοῦ νηπιίου, τοῦτέστι τὰ τοῦ νόμου, ἀλλὰ τὰ τοῦ ἀνδρὸς φρονῶ, τοῦτέστι τὰ τοῦ Χριστοῦ· ἐν μόνον ἀνδρα ἢ Γραφῇ, καθὼς (75) περιεφραχάμεν, καλεῖ· κατήρηγκι τὰ τοῦ νηπιίου. Ἡ δὲ ἐν Χριστῷ (76) νηπιότης, τελειώσις ἐστίν. Ὡς πρὸς τὸν νόμον ἐνταῦθα γενομένοις τῇ νηπιότητι ἡμῶν συνηγορητέον. Ἐτι καὶ τὸ πρὸς τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον ἐπεξηγητέον· Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, ὡς νηπιίους ἐν Χριστῷ (77), οὐ βρωμα· οὐκ γὰρ ἐδύνασθε, ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν· δύνασθε. Οὐ μοι γὰρ δοκεῖ Ἰουδαϊκῶς ἐκδέχεσθαι δεῖν τὸ ρητόν. Ἀντιπαράθῃω γὰρ κάκεινην τὴν Γραφὴν· Εἰσάξω ὑμᾶς εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, τὴν βέουσαν γάλα καὶ μέλι. Ἀνακύπτει τοίνυν ἀπορία μεγίστη κατὰ τὴν τῶν Γραφῶν τῶνδε συμβολὴν νοῦσιν. Εἰ γὰρ ἀρχὴ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἢ διὰ τοῦ (78) γάλακτος νηπιότης ἐστίν, ἐξευτελιέζεται δὲ αὕτη ὡς παιδαριώδης καὶ ἀτελής· πῶς ἢ τοῦ τελείου καὶ γνωστικοῦ μετὰ τὴν βρωσιν ἀνάπαυσις αὐθις νηπιῶν τετίμηται γάλακτι; μήτι οὖν τὸ ὡς παραβολῆς δὴ δηλωτικὸν τοιοῦτόν τι ἐμφαίνει, καὶ δὴ ἀναγνωστὸν ὡδὲ πως ρητόν· Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα ἐν Χριστῷ καὶ διαστήσαντες ὀλίγον ἐπαγάγωμεν ὡς νηπιίους; ἵνα κατὰ τὴν διαστολὴν τῆς ἀναγνώσεως, τοιαύτην ἀποδεξώμεθα διάνοιαν. Κατήχησα ὑμᾶς ἐν Χριστῷ ἀπλῆ καὶ ἀληθεῖ καὶ αὐτοφουεῖ τροφῇ τῇ πνευματικῇ· τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ γάλακτος ζωοτρόφος οὐσία, φιλοστόργως πηγάζουσα μαστοῖς· ὡς νοεῖσθαι τὸ πᾶν τῆδε· Ὅσπερ τῷ γάλακτι αἱ τιτθαὶ τοὺς παῖδας τοὺς νεογούους ἐκτρέφουσιν, κατὰ δὲ οὕτω τοῦ Χριστοῦ τῷ γάλακτι, Λόγῳ, πνευματικὴν ὑμῖν ἐνοστάων τροφὴν. Οὕτω γοῦν τελεία τροφὴ τὸ γάλα ἐστὶ τὸ τελειον, καὶ εἰς τέλος ἄγει τὸ ἀκατάπαυστον. Διὸ καὶ τῇ ἀναπαύσει (79) τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐπήγγελται γάλα καὶ μέλι. Εἰκότως γὰρ αὐθις ὑπισχνεῖται τοῖς δικαίοις ὁ Κύριος, ἵνα δὴ σαφῶς ὁ Λόγος ἔμφω δεῖχθῇ, ἄλφα καὶ ὰμέγα, ἀρχὴ καὶ τέλος· ὁ Λόγος ἀληγορούμενος γάλα. Τοιοῦτόν τι καὶ Ὁμηρος ἀκωνμαντεύεται, τοὺς δικαίους τῶν ἀνθρώπων γαλακτοφάγους (80) καλῶν· ἔξεσι δὲ καὶ οὕτως ἐκλαμβάνει τὴν Γραφὴν· Κἀγὼ (81) δὲ, ἀδελφοί, οὐκ ἐδυνή-

lum est.

(77) Ὡς νηπιίους ἐν Χριστῷ. Clementis additamentum. Μοχ οὐτε pro οὐδὲ apud Paulum.

(78) Διὰ τοῦ. Διὰ τὴν τοῦ, Reg., Bod.

(79) Ἀναπαύσει. Id est Chanaanite terra, quæ dicebatur esse γῆ βέουσα γάλα, et caelestis requiei typus erat.

(80) Γαλακτοφάγους. Sic vocat Abios, Scythiæ gentem, Homerus, Iliad. N, vers. 6:

Γαλακτοφάγῳ Ἀβίῳ τε, δικαιοτάτῳ ἀνθρώπων.

(81) Κἀγὼ. Καὶ ἐγὼ, apud Paulum.

θην λαλήσαι ὑμῖν ὡς πνευματικοῖς, ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς (82), ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ ὡς δυνάσθαι σαρκικούς νοεῖσθαι τοὺς νεωστὶ κατηχομένους. καὶ νηπίους ἔτι ἐν Χριστῷ. Πνευματικούς μὲν γὰρ τοὺς πιστευκότας ἤδη τῷ ἁγίῳ Πνεύματι προσείπεν· σαρκικούς δὲ τοὺς νεοκατηχήτους, καὶ μηδέπω καθαρμένους (83)· οὗς ἔτι σαρκικούς εἰκότως λέγει, ἐπίσης τοῖς ἐθνικοῖς τὰ σαρκὸς ἔτι φρονούντας· Ὁσποὺ γὰρ ἐν ὑμῖν (ἤλος καὶ ἔρις (84), οὐχὶ σαρκικοί ἐστε, καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε; Διὸ καὶ γάλα ὑμῶς ἐπότισα, φησὶν τὴν γνῶσιν ὑμῖν ἐνέχεα, λέγων, τὴν ἐκ κατηχήσεως ἀνατρέφουσαν εἰς ζωὴν αἰδίου. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπότισα βῆμα τελείας μεταλήψεως σύμβολόν ἐστι. Πίνειν μὲν γὰρ οἱ τέλειοι λέγονται, θηλάζειν δὲ οἱ νήπιοι. Τὸ αἰμά μου γὰρ, φησὶν ὁ Κύριος, ἀληθῆς (85) ἐστὶ πῶσις. Μῆτι οὖν Γάλα, εἰπὼν, ἐπότισα, τὴν ἐν Λόγῳ γάλακτι τελείαν εὐφροσύνην, τὴν γνῶσιν τῆς ἀληθείας, ἠνίκατο; Τὸ δ' ἐπαγόμενον ἐξῆς, Οὐ βρώμα οὐκω γὰρ ἐδύρασθε· τὴν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἐναργῆ ἀποκάλυψιν, βρώματος δίκην, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, ἀνίτιτθαι δύναιται. Βλέπομεν (86) γὰρ ὡς δι' ἐσόπτρου νῦν, ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος λέγει· τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. Διὸ κάκεινο ἐπήγαγεν· Ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύρασθε· ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε, τὰ τῆς σαρκὸς φρονούντες, ἐπιθυμούντες (87), ἔρῶντες, ζηλοῦντες, μνηϊῶντες, φθονοῦντες. Οὐ γὰρ ἔτι ἐν σαρκὶ ἐσμεν, ὡς ὑπελήφασι τινες· σὺν αὐτῇ (88) γὰρ τὸ πρόσωπον ἰσάγγελον ἔχοντες, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον τὴν ἐπαγγελίαν ὀφόμεθα. Πῶς δὲ, εἰ ἐκέλην ὄντως ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία μετὰ τὴν ἐνθύνει ἀπαλλαγὴν, ἦν ὀφθαλμὸς οὐκ οἶδεν (89), οὐδὲ ἐπὶ νοῦν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, εἰδέναι φασίν, οὐ πνεύματι ἐννεονηκότας, ἀλλὰ ἐκ μαθήσεως παρεληφότες, ὁ οὗς οὐκ ἤκουσέ ποτε, ἢ μόνον ἐκεῖνο τὸ ἐν ἐρίτῳ ἀρπασθέν οὐρανῷ, ἀλλὰ κάκεινο ἔχεμυθεῖν ἐκελεύετο τότε; Εἰ δὲ ἀνθρωπίνῃ σοφίᾳ ἐστὶν, ἔπερ ὑπολείπεται νοεῖν, ἢ μεγαλαυχία τῆς γνῶσεως, ἔκουε τὸν νόμον τῆς Γραφῆς· Μὴ καυχᾶσθω ὁ σοφός ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ· καὶ μὴ καυχᾶσθω ὁ ἰσχυρός ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ· ὁ δὲ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχᾶσθω. Ἡμεῖς δὲ θεοδίδακτοι· (90) καὶ τῷ Χριστοῦ ὄνοματι καυχώμενοι. Πῶς οὖν οὐ ταύτη νοεῖν τὸν Ἀπόστολον ὑποληπτέον τὸ γάλα τῶν νηπίων; εἰ γε ποιμένες (91) ἐσμέν οἱ τῶν Ἐκκλησιῶν προηγούμενοι, κατ' εἰκόνα τοῦ ἀγαθοῦ ποιμέτος (92)· τὰ δὲ πρόβατα ἡμεῖς (93)· μὴ οὐχὶ καὶ γάλα τῆς ποίμνης

A *finis* ¹⁴; Verbum, inquam, quod lac allegorice dicitur. Tale quid, Homerus vel invitus divinat, justos homines γαλακτοφάγους, hoc est, qui lacte vescuntur, appellans. Potest etiam ita Scriptura accipi: *Et ego, fratres, non potui loqui vobis tanquam spiritalibus, sed tanquam carnalibus, tanquam infantibus in Christo* ¹⁵. Ut possint *carnales* intelligi, qui recenter fuerunt instituti, et catechumeni facti, et adhuc infantes in Christo. Spiritales enim eos, qui sancto Spiritui jam crediderunt, appellavit; *carnales* autem, eos, qui nuper catechizati sunt, nec adhuc sunt expurgati; quos merito *adhuc carnales* dicit ¹⁶, ut qui æque ac gentes ea, quæ erant carnis, cogitabant. *Ubi enim inter vos æmulationis et lis, annon carnales estis, et secundum hominem ambulatis?* Quocirca etiam, *Luc vobis*, inquit ¹⁷, *potum dedi*; cognitionem, dicens, vobis infudi, quæ ex catechesi data est, quæ nutrit in vitam æternam. Quin etiam hoc verbum, *Potum dedi*, est symbolum ac signum perfectæ participationis. Qui enim perfecti sunt, dicuntur libere; infantes autem sugere. *Sanguis enim meus*, inquit Dominus, *✠ verus est potus* ¹⁸. Nunquid ergo, cum dixit, *Lac potum dedi*, significavit perfectam in Verbo, lacte, lætitiā, veritatis scilicet cognitionem? Quod autem deinceps subjungitur, *Non cibum; nondum enim poteratis*, evidentem quæ erit in futuro sæculo revelationem, instar cibi, *facie ad faciem*, potest significare. *Videmus enim nunc tanquam per speculum*, dicit idem Apostolus ¹⁹, *tunc autem facie ad faciem*. Quocirca illud quoque subjunxit: *Sed neque nunc potestis, adhuc enim carnales estis*, quæ sunt carnis cogitantes, concupiscentes, amantes, æmulantes, irascentes, invidentes: *Non enim in carne amplius sumus* ²⁰, ut quidam existimarunt: cum ea enim faciem angelis æqualem habentes, promissum facie ad faciem videbimus. Quomodo autem, si vere est illud promissum, postquam hinc excesserimus, quod oculus non vidit, neque in mentem hominis ascendit ²¹, se id novisse dicunt, cum spiritu non intellexerint ~~44~~, sed ex disciplina acceperint, quod auris nunquam audivit, præterquam illa sola, quæ in *tertium cælum rapta est* ²², et illa quoque silentio obtegere jubebatur? Sin autem humana sapientia, quod quidem restat intelligendum, sit cognitionis gloriatio, audi legem Scripturæ: *Ne gloriatur sapiens in sapientia sua; et non gloriatur fortis*

✠ P. 120 ED. POTTER, 99 ED. PARIS. ¹⁴ Apoc. i, 8; xxi, 6; xii, 13. ¹⁵ I Cor. iii, 1. ¹⁶ Ibid. 5. ¹⁷ Ibid. 2. ¹⁸ Joan. vi, 56. ¹⁹ I Cor. xiii, 12. ²⁰ Rom. viii, 9. ²¹ I Cor. ii, 9. ²² II Cor. xii, 2, 3, 4.

(82) *Σαρκικοίς*. Σαρκίνοις, Reg., Bod. Mox, σαρκί-
νους pro σαρκικούς, idem.

(83) *Κεκαθαρμένους*. Sc. aqua baptismi.

(84) *Ἐρις*. Καὶ διχοστασίαι addunt vulg. Novi
T. codd.

(85) *Ἀληθῆς*. Ἀληθῶς, Evang.

(86) *Βλέπομεν*. Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου,
ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρ., apud Paulum.

(87) *Ἐπιθυμούντες*. Respicit Gal. v, 19, 20, 21,
ubi opera carnis enumerat Apostolus.

(88) *Σὺν αὐτῇ*. Hæc eorum ratio est, qui ἐν σαρκὶ
ἡμᾶς εἶναι ὑπελήφασι, cui Clemens mox occurrit.

(89) *Οἶδεν*. Rectius εἶδεν, *vidit*, I Cor. ii, ubi
etiam mox ἐπὶ καρδίαν pro ἐπὶ νοῦν. Atque adeo ita
est etiam infra *Stromateon* p. 565. SYLBURG.

(90) *Ἡμεῖς*. Respicit I Thess. iv, 9: *Αὐτοὶ γὰρ
ὑμεῖς θεοδίδακτοι*.

(91) *Ποιμένες*. Hinc patet Clementem, non so-
lum ætate, ut quibusdam visum est, sed etiam of-
ficio προσβύτερον fuisse.

(92) *Ἀγαθοῦ ποιμέτος*. Hoc est Christi, qui dixit:
Ἐγὼ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός, Joan. x, 11, 14.

(93) *Ἡμεῖς*. Rectius ὑμεῖς, vos. SYLBURG.

 κατὰ φύσιν ἐκλογῇ· Ἀρχέδημος δὲ τὸ πάντα τὰ κα-
 θήκοντα ἐπιτελοῦντα ζῆν. Φύσιν δὲ Χρυσίππος ἐξα-
 κοῦει, ἢ ἀκολουθῶς δεῖ ζῆν, τὴν τε κοινήν, καὶ ἰδίως
 τὴν ἀνθρώπινην· ὁ δὲ Κλεάνθης τὴν κοινήν μόνην ἐκ-
 δέχεται φύσιν. Diogenes igitur finem discrete dicit
 esse, rationi rite obtemperare in eis eligendis, quæ
 secundum naturam sunt : Archedemus autem, omnia
 officia perficientem vivere. Naturam autem Chrysip-
 pus quidem eam, cui consentaneæ oportet vivere, et
 communem intelligit, et specialiter humanam; at
 vero Cleanthes communem tantummodo naturam reci-
 pit. Ad quem locum hæc adnotavit Ægid. Menag-
 ius, quæ huc transferri merentur : « Laertianis
 non absimilia leges apud Stoicorum in Stoicis : τὸ
 τέλος μὲν Ζήνων οὕτως ἀπέθεκε, τὸ ὁμολογουμένως
 ζῆν· τοῦτο δ' ἐστὶ καθ' ἕνα λόγον καὶ σύμφωνον ζῆν,
 ὡς τῶν ἀλόγων ζῶων κακοδαίμονούντων· οἱ δὲ μετὰ
 τοῦτον προσδιάρθρουντες οὕτως ἐξέφερον, Ὅμολο-
 γουμένως τῇ φύσει ζῆν, ὑπολαβόντες ἕλαττον εἶναι
 κατηγορηματὸν τὸ ὑπὸ Ζήνωνος ῥηθέν. Κλεάνθης γάρ
 πρῶτος διαδεξάμενος αὐτοῦ τὴν αἴρεσιν, προσέθηκε,
 τῇ φύσει ὅπερ ὁ Χρυσίππος σαφέστερον βουλόμε-
 νος ποιῆσαι, ἐξήνεγκε τὸν τρόπον τοῦτον, Ζῆν κατ'
 ἐμπειρίαν τῶν φύσει συμβαινόντων· Διογένης δὲ, εὐ-
 λογιστίαν ἐν τῇ τῶν κατὰ φύσιν ἐκλογῇ καὶ ἀπεκλο-
 γῇ· Ἀρχέδημος δὲ, πάντα καθήκοντα ἐπιτελοῦντα
 ζῆν. Eadem, sed paulo aliter, habes apud Clemen-
 tem Στρωματέων ii : Ζήνων Στωϊκὸς τὴν τῶν ὄλων
 ἀλήθειαν καὶ τάξιν. In verbis Clementis dissensus
 aliquem a Stobæanis et Laertianis observare est :
 præcipue vero, quod hanc ὁμολογίας interpretationem,
 εὐλογιστίαν ἐν τῇ τῶν κατὰ φύσιν ἐκλογῇ καὶ
 ἀπεκλογῇ, Cleanthi ascribit : quam tamen Dioge-
 nis Babylonii faciunt Laertius et Stobæus. Puta-
 bat Justinus Lipsius non scripsisse hæc Clementem,
 doctum hominem et accuratum, sed exscriptorem
 ea depravasse : sequitur quippe apud Clementem,
 ὅ τε Ἀντίπατρος, ὁ τοῦτου γνωρίσιμος· constat autem
 Antipatrum, non Cleanthem, sed Diogenem Baby-
 lonium audivisse. Adde, Clementem a magistro suo
 Pantarνο, germanissimo Stoico, stoica disciplina
 apprime imbutum fuisse. Sed dissentit quoque a
 Laertio Stobæus, ut Casubono belle observatum :
 quod ille Zenonem ait primum τέλος definiisse, τὸ
 ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν· hic vero, tantum τὸ
 ὁμολογουμένως ζῆν· cui definitioni vocem φύσει ad-
 diderit Cleanthes. Cæterum proxime memoratos
 locos Stobæi et Clementis, atque hunc Laertii per-
 spicue juxta et erudite declaratos, vide apud eum-
 dem Lipsium lib. ii Manuductiois ad Stoicam phi-
 losophiam, dissert. 14, 15, 16, 17 et 18.

Inglorius, sed nec valetudinarius, sed nec si quis fuerit servus, est beatus ex eorum sententia. Rursus autem Zeno quidem stoicus finem esse putat ex virtute vivere; Cleanthes autem, naturæ convenienter vivere, ✕ obtemperando rationi: quod in his, quæ sunt secundum naturam, eligendis situm esse statuit. Et Antipater ejus familiaris in iis quidem, quæ sunt secundum naturam, assidue et absque ulla prolapsione deligendis, iis autem, quæ sunt præter naturam, rejiciendis, positum esse existimat. Et rursus Archedemus sic finem esse exponebat, in iis, quæ sunt secundum naturam maxima et præcipua, deligendis, non posse transilire. Præter hos autem Panætius, convenienter vivere occasionibus, quæ datæ sunt nobis a natura, finem statuit. Postremo autem Posidonius, vivere contemplando universorum veritatem et ordinem, et se, quoad ejus fieri potest, ita instituere, ut nulla in re ducatur a parte animæ, quæ caret ratione. Quidam autem ex recentioribus stoicis finem esse tradiderunt, vivere consequenter constitutioni hominis. Quid tibi Aristonem recenseam? Is finem dicebat esse indifferentiam: indifferentem autem plane relinquit indifferentem: aut ea, quæ ab Herillo dicuntur, in medium adducam? Ex scientia vivere, ponit Herillus finem. Ex Academia enim recentiores volunt nonnulli finem tradere, firmam ac stabilem a phantasiis abstinentiam. Quinetiam Lycus peripateticus veram animæ letitiam dicebat esse finem, quemadmodum Leucimus eam, quæ ex honestis proficiscitur. Critolaus autem, qui ipse quoque fuit Peripateticus, dicebat esse perfectionem vitæ recte fluentis secundum naturam, eam, quæ completur ex tribus generibus, a majoribus per manus traditam significans perfectionem. Ne-

✕ P. 497 ED. POTTER.

(47) *Ἐν τῷ εὐλογοῦστέῳ*. An legendum, ἢ τὸ εὐλογοῦστέῳ? inquit Menagius. Mox συγκατασκευάζοντα αὐτὴν, edit. Flor. SYLBERG.

(48) *Ἀρίστων*. Diogenes Laertius, lib. vii, seg. 150: Ἀρίστων ὁ Χίος ὁ Φάλανθος, ἐπιχαλούμενος Σειρήν, τέλος ἔφησεν εἶναι τὸ ἀδιαφόρως ζῆν πρὸς τὰ μεταξὺ ἀρετῆς καὶ κακίας, μηδὲ ἠντινοῦν ἐν αὐτοῖς παραλλαγὴν ἀπολείποντα, ἀλλ' ἐπίσης ἐπὶ πάντων ἔχοντα: εἶναι γὰρ ὅμοιον τῷ ἀγαθῷ ὑποκριτῇ τὸν σοφόν· ὃς ἂν τε θεορίτου, ἂν τε Ἀγαμέμνονος πρόσωπον ἀναλάβῃ, ἐκότερον ὑποκρίνει προσηκόντως. *Aristo Chius Phalanthusque, cognomento Siren, finem esse dixit, ad ea, quæ sunt inter virtutem et vitium, indifferenter se habentem vivere, nullam omnino varietatem relinquendo, sed se eodem plane modo in omnibus habendo: esse enim sapientem boni iustitiam similem, qui, sive Thersites, sive Agamemnonis personam sumat, utramque decentissimo gestu imitatur.* Cicero, *De finibus bonorum et malorum* lib. iv: *Atque ut Aristonis esset explosa sententia, dicen is nihil differre aliud ab alio, nec esse res ulla præter virtutes et vitia, inter quas quidquam omnino interesset.*

(49) *Ἡράκλειου*. Diogenes Laertius, lib. vii, seg. 165: Ἡράκλειος δὲ ὁ Κρογγιδίσιος τέλος εἶπε τὴν ἐπιστήμην, ὅπερ ἐστὶ ζῆν αἰεὶ πάντα ἀναφέροντα πρὸς τὸ μετ' ἐπιστήμης ζῆν, καὶ μὴ τῇ ἀγνοίᾳ διαβεβλημένων. *Herillus Carthaginiensis finem scientiam dixit, quod est vivere semper referendo cuncta ad vivendum*

ζῆν, Κλεάνθους δὲ τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν ἐν τῷ εὐλογοῦστέῳ (47)· ὃ ἐν τῇ τῶν κατὰ φύσιν ἐκλογῇ κεῖσθαι διελαμβάναν· ὃ τε Ἀντίπατρος, ὁ τούτου γνώριμος, τὸ τέλος κεῖσθαι ἐν τῷ διττικῶς καὶ ἀπαράβατος ἐκλέγεσθαι μὲν τὰ κατὰ φύσιν, ἀπελέγεσθαι δὲ τὰ παρὰ φύσιν ὑπολαμβάνει. Ἀρχεῖμος τε αὐ οὕτως ἐξηγεῖτο εἶναι τὸ τέλος, ἐκλεγόμενος τὰ κατὰ φύσιν μέγιστα καὶ κυριώτατα, αἰετὸν τε ἔντα ὑπερβαίνειν. Πρὸς τούτοις ἔτι Παναιτίος τὸ ζῆν κατὰ τὰς δεδομένας ἡμῖν ἐκ φύσεως ἀφορμὰς τέλος ἀπεφήματο. Ἐπὶ πᾶσι τε ὁ Ποσειδώνιος τὸ ζῆν, θεωροῦντα τὴν τῶν ὄλων ἀλήθειαν καὶ τάξιν, καὶ συγκατασκευάζοντα αὐτὸν κατὰ τὸ ἐνατὸν, κατὰ μὴδὲν ἀγόμενον ὑπὸ τοῦ ἀλόγου μέρους τῆς ψυχῆς. Τινὲς δὲ τῶν νεωτέρων Στωϊκῶν οὕτως ἀπέδοσαν τέλος εἶναι, τὸ ζῆν ἀκολούθως τῇ τοῦ ἀθρώπου κατασκευῇ. Τί δὲ σοὶ Ἀρίστων (48) καταλέγοιμι; τέλος οὗτος εἶναι τὴν ἀδιαφορίαν ἔφη· τὸ εἶ ἀδιαφορον ἀπλῶς ἀδιαφορον ἀπολείπει· ἢ τὰ Ἡράκλειου (49) εἰς μέσον παράγοιμι; τὸ κατ' ἐπιστήμην ζῆν τέλος εἶναι τίθησιν Ἡράκλειος. Τοὺς γὰρ ἐκ τῆς Ἀκαδημίας νεωτέρους ἀξιοῦσι τινες τέλος ἀποδέσσειν τὴν ἀσφαλὴ πρὸς τὰς φαντασίας ἀποχῆν. Ναὶ μὴ Λύκος ὁ περιπατητικὸς τὴν ἀληθινήν χαρὰν τῆς ψυχῆς τέλος ἔλεγεν εἶναι, ὡς Λεύκιμος (50) τὴν ἐπὶ τοῖς καλοῖς. Κριτόλαος δὲ, ὁ καὶ αὐτὸς περιπατητικὸς, τελειότητα ἔλεγε κατὰ φύσιν εὐροσύντος βίου. τὴν ἐκ τῶν τριῶν γενῶν συμπληρουμένην προγονικὴν τελειότητα μὴνῶν. Οὐκ οὖν ἐπὶ τούτοις ἀρκουμένους καταπαυστέον, φιλοτιμητέον δὲ, ὡς ἐνὶ μάλιστα, καὶ τὰ πρὸς τῶν φυσικῶν δογματιζόμενα περὶ τοῦ περικειμένου παραθέσθαι. Ἀναξαγόραν (51) μὲν γὰρ τὸν Κλαζομένιον τὴν θεωρίαν φάναι τοῦ βίου τέλος εἶναι, καὶ τὴν ἀπὸ ταύτης ἐλευθερίαν, λέγουσιν· Ἡράκλειόν (52) τε τὸν Ἐφέσιον τὴν εὐαρέστησιν. Πυθαγό-

cum scientia, ne propter ignorantiam circumveniamur. Cicero lib. v *De finibus: Hoc uno capitis Herillus, scientiam summum bonum esse defendit, nec rem ullam aliam per se expetendam.*

(50) *Λεύκιμος*. Forte Λεύκιππος, ut supra p. 139. Ego quidem nec Λεύκιμον hic novi, nec Λεύκιππον quanquam Diogenes Laertius physica tantum dogmata Leucippo tribuit. SYLBERG.

(51) *Ἀναξαγόραν*. Theodoretus in principio *θεραπευτ.* ια', pag. 165: Ἀναξαγόρας δὲ ὁ Κλαζομένιος, τὴν θεωρίαν τοῦ βίου, καὶ τὴν ἀπὸ ταύτης ἐλευθερίαν. *Anaxagoras vero Clazomenius, in vite speculatione, animique libertate, quæ ex illa proficiscitur.* E quibus verbis vel excidit τέλος, vel Theodoretus Clementem perperam intellexit: secundum quem non dixit Anaxagoras θεωρίαν βίου esse τέλος, sed θεωρίαν esse τέλος βίου. Similiter in *Anaxagora* Laertius, lib. ii, segm. 10: Ἐρωτηθεὶς ποτε, εἰς τί γεγέννηται; Εἰς θεωρίαν, ἔφη, ἡλίου καὶ σελήνης καὶ οὐρανοῦ. *rogatus, cuius rei causa natus esset? Contemplandi, inquit, solis, et lunæ, et cæli.* Jamblichus in *Protreptico* addit, ὡς τῶν ἄλλων γὰρ πάντων οὐδεὶς ἀξίων ὄντων quasi cætera omnia nullius essent momenti.

(52) *Ἡράκλειτος*. Rursum ex Clemente Theodoretus, loco jam dicto: Δημόκριτος δὲ ὁ Ἀδερπίτης ἀντὶ τῆς ἰδούσης τὴν εὐθυμίαν τέλειαν ὀνομάτων, οὐ δογμάτων. ἐναλλαγὴν ποιησάμενος, καὶ Ἡράκλειτος δὲ ὁ Ἐφέσιος τὴν μὲν προστιθέμενον

ραν δὲ ὁ Ποντικὸς Ἡρακλείδης ἰστορεῖ τὴν ἐπιστή-
μην τῆς τελειότητος τῶν ἀρετῶν τῆς ψυχῆς (53) εὐ-
δαιμονίαν εἶναι παραδεδοκῆναι· ἀλλὰ καὶ οἱ Ἀβδη-
ρίται τέλος ὑπάρχειν διδασκούς· Δημόκριτος (54)
μὲν, ἐν τῷ *Περὶ τέλους*, τὴν εὐθυμίαν, ἣν καὶ εὐε-
στῶ προσηγόρευσεν· καὶ πολλάκις ἐπιλέγει· *Τέρ-
ψις* (53) γὰρ καὶ ἀτερπὴ οὖρος τῶν περιηκμακό-
των· Ἐκαταῖος δὲ αὐτάρκειαν· καὶ δὴ Ἀπολλόδοτος
ὁ Κυζικηνὸς τὴν ψυχαγωγίαν· καθάπερ Νausiφά-
νης (56) τὴν κατάπληξιν (57)· ταύτην γὰρ ἔφη ὑπὸ
Δημοκρίτου ἀθαμίην λέγεσθαι· Ἔτι πρὸς τοῦτος
Διότιμος τὴν παντέλειαν τῶν ἀγαθῶν, ἣν εὐεστῶ
προσαγορεύεσθαι, τέλος ἀπέφηεν· Πάλιν Ἀντισθέ-
νης μὲν, τὴν ἀτυφίαν· οἱ δὲ Ἀννικέριοι (58) καλοῦ-
μενοι, ἐκ τῆς Κυρηναϊκῆς διαδοχῆς, τοῦ μὲν ὅλου
βίου τέλος οὐδὲν ὠρισμένον ἔταξαν· ἐκάστης δὲ πρά-
ξεως ἴδιον ὑπάρχειν τέλος τὴν ἐκ τῆς πράξεως περι-
γινόμενὴν ἡδονήν· Οὗτοι οἱ Κυρηναῖκοι τὸν ὄρον τῆς
ἡδονῆς Ἐπικούρου, τοῦτεστι τὴν τοῦ ἀλγούντος ὑπέξ-
αίρεσιν, ἀθετοῦσιν (59), νεκροῦ κατάστασιν ἀποκα-
λοῦντες· χαίρειν γὰρ ἡμᾶς μὴ μόνον ἐπὶ ἡδοναῖς,
ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ὀμιλίαις καὶ ἐπὶ φιλοτιμίαις· Ὁ δὲ Ἐπί-
κουρος πᾶσαν χάραν τῆς ψυχῆς οἶεται ἐπὶ πρωτοπα-
θούσῃ τῇ σαρκὶ γενέσθαι· Ὁ τε Μητροδώρος (60) ἐν

⌘ II. 498 ED. POTTER, 417 ED. PARIS.

μετέβαλε, τὴν δὲ διάνοιαν οὐ καταλείπειν· ἀντὶ γὰρ
τῆς ἡδονῆς εὐαρέστησιν τέθεικεν· *Democritus autem
Abderites pro voluptate tranquillitatem animi posuit,
non sententiæ, sed nomen duntaxat facta muta-
tione. Heraclitus item Ephesius nomen quidem muta-
vit, sed sensum servavit; nam pro voluptate bene-
placitum dixit.*

(53) *Ἐν ἀρετῶν τῆς ψυχῆς. Virtutum animæ.*
Scribendum τὸν ἀριθμῶν τῆς ψυχῆς, *numerorum
animæ.* Quod cum imperitus exscriptor non intel-
ligeret, mutasse videtur in ἀρετῶν τῆς ψυχῆς. At
Pythagoras beatitudinem dixit esse scientiam perfe-
ctionis, non virtutum, sed numerorum animæ. Tes-
tis est, loco superius dicto, Theodoretus : Ὁ δὲ
πολυβύλλητος Πυθαγόρας τὴν τελειώτατην τῶν ἀρι-
θμῶν ἐπιστήμην ἔσχαστον ὑπελάμβανε ἀγαθόν· *Cele-
berrimus autem Pythagoras ultimum bonum in per-
fectissima numerorum scientia opinatus est esse.*
Satis notum est, Pythagoram ἀρχὰς τοὺς ἀριθμούς,
rerum omnium principia numeros, statuisse. Spe-
cialim animas nostras numero quaternario consi-
stere putavit. Plutarchus, *De placitis philosophorum*
lib. 1, pag. 876 edit. Paris. : Καὶ ἡ ἡμετέρα ψυχή,
φησὶ, ἐκ τετραδὸς σύγκειται· εἶναι γὰρ νοῦν, ἐπιστή-
μην, δόξαν, ἀσθησιν, ἐξ ὧν πᾶσα τέχνη, καὶ πᾶσα
ἐπιστήμη, καὶ αὐτοὶ λογικοὶ ἔσμεν· *Et animam nos-
tram Pythagoras ait quaternione constare : esse
enim hæc quatuor, mentem, scientiam, opinionem,
sensum; unde omnes artes scientiæque profectæ sint,
ipsique ratione præditi propterea simus.*

(54) *Δημόκριτος.* Diogenes Laertius lib. 1x, segm.
45 : Τέλος δὲ εἶναι τὴν εὐθυμίαν, οὐ τὴν αὐτὴν οὖ-
σαν τῇ ἡδονῇ, ὡς ἔνοιον παρακούσαντες ἐξεδέξαντο,
ἀλλὰ καθ' ἣν γαλήνως καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγει,
ὑπὸ μηδενὸς ταραττομένη φόβου, ἢ δεισιδαιμονίας,
ἢ ἄλλου τινὸς πάθους· Καλεῖ δὲ αὐτὴν καὶ εὐεστῶ,
καὶ ἄλλοις πολλοῖς ὀνόμασι· *Finem vero dixit Demo-
critus esse rectum quietumque animi statum, qui
non, ut quidam oblique interpretantur, idem sit,
quod voluptas; verum secundum quem animus magna
tranquillitate constantiæque beatus est, dum nullo
metu, nulla superstitione, aut alia quavis perturba-
tione agitur. Eamdem vero et εὐεστῶ, seu rectum
statum, appellat, multisque nominibus aliis.* Cicero

A que vero nobis his contentis quiescendum est, sed
quam maxime contendendum est, ut ea quæque,
quæ a physicis de re proposita decernuntur, abdu-
camus. Anaxagoram enim Clazomenium aiunt
dixisse, contemplationem esse vitæ finem, et eam,
quæ ex ea procedit, libertatem. Heraclitum autem
Ephesium, εὐαρέστησιν, seu placidum mentis sta-
tum. Pythagoram autem refert Heraclides ⌘ Pon-
ticus, scientiam perfectionis virtutum animæ, tra-
didisse esse beatitudinem. Quinetiam Abderitani
docent esse finem : Democritus quidem in libro *De
fine*, animi tranquillitatem, quam etiam appellavit
εὐεστῶ : et sæpe exclamat : *Delectatio et ejus priva-
tio sunt eorum terminus, qui ad summum vigorem
pervenerunt* ; Hecateus autem sufficientiam. Quine-
tiam Apollodotus Cyzicenus animi delectationem,
quemadmodum Nausiphanes admirationem. Eam
enim dicit a Democrito vocari ἀθαμίην. Præter
hos autem Diotimus, absolutam omnium bonorum
perfectionem, quam dicit appellari εὐεστῶ, finem
pronuntiavit Rursus Antisthenes quidem, fastus
vacuitatem. Qui autem vocatur Anniceri ex sue-
vacuatione Cyrenaica, nullum totius vitæ finem desi-
nitum statuerunt : uniuscujusque autem actionis.

*De finibus lib. v de Democrito ait : Agros deseruit
incultus, quid quarrens aliud, nisi beatam vitam?
quam etiamsi in rerum cognitione ponebat, tamen
ex illa investigatione naturæ consequi volebat, ut
esset bono animo : id enim ille summum bonum,
εὐθυμίαν, et sæpe ἀταραξίαν appellat, id est animum
terrore liberum.*

(55) *Τέρψις.* Stobæus, serm. *De prudentia*, hanc
Democriti sententiam hoc modo effert : Ὅρος συμ-
φορέων καὶ ἀσυμφορέων τέρψις καὶ ἀτερπής· *Utilium
ac inutilium termini sunt jucundum ac injucundum.*

(56) *Νausiφάνης.* Hic Democritum sectatus est,
et, secundum nonnullos, Epicuri magister fuit.
Laertius in *Pyrrhone* : Νausiφάνης, Τήσιος, οὗ φασὶ
τινες ἀκούσαι Ἐπίκουρον· Ἐπίκουρον, *Teius, quem
quidam dicunt Epicuri fuisse magistrum.* Cicero *De
natura deorum* lib. 1 : In *Nausiphane Democrite
tenetur.* Sextus Empiricus in principio operis ad
mathemat. : Πύρρωνος· ἀκουστήν, *Pyrrhonis audito-
rem, vocat.*

(57) *Κατάπληξις.* Scribe ἀκατάπληξις· nam ea
respondet τῇ ἀθαμίῃ, quam Democrito tribuit : et
inerte interpretes. HEINSIUS. — Similiter Æg. Men-
agius Observat. in Diogenis Laertii lib. 1x, segm. 45,
postquam hunc Clementis locum attulisset, hæc ad-
didit : « Ubi legendum omnino ἀκατάπληξις. Strabo
lib. 1 : Προστίθεισι δὲ καὶ τὰς ἐκ τῶν μεταστάσεων
μεταβολὰς, ἐπιπλέον τὴν ἀθαυμαστίαν ἡμῖν κατα-
σκευάζειν ἐθέλοντες, ἣν ὕμνεϊ Δημόκριτος καὶ ἄλλοι
φιλόσοφοι πάντες. »

(58) *Ἀννικέριοι.* Horum sectæ princeps fuit
Anniceris Cyrenæus, de quo Strabo lib. xv, ubi de
Cyrenæis agit, hæc dicit : Καὶ Ἀννικέρις, ὁ δοκῶν
ἐπανορθῶσαι τὴν Κυρηναϊκὴν αἵρεσιν, καὶ παραγα-
γεῖν ἀντ' αὐτῆς τὴν Ἀννικέριον· *Et Anniceris, qui
videtur emendasse Cyrenaicam sectam, ejusque loco
Annicerianum protulisse.*

(59) *Ἀθετοῦσιν.* Conf. superius pag. 415 edit.
Paris.

(60) *Μητροδώρος.* Cicero lib. 11 Tusulan. : *Me-
trodorus quidem eum perfecte putat beatum, cui corpus
bene constitutum sit, et exploratum ita semper
fore. Idem in De officiis : Nam si non modo utilitas,
sed vita omnis beata, corporis firma constitutio, et*

proprium esse finem, nempe eam, quæ ex actione efficitur, voluptatem. Hi Cyrenaici Epicuri voluptatis definitionem, hoc est, doloris ablationem, rejiciunt, eam constitutionem mortui appellantes: non solum enim nos gaudio propter voluptates, sed etiam propter consuetudines et honores. Epicurus autem existimat, omnem animæ lætitiæ ex præcedenti carnis affectione oriri. Metrodorus autem in opere, quod inscribitur, *Majorem esse causam ad felicitatem eam quæ est ex nobis, ea quæ ex rebus oritur: Animæ, inquit, bonum quid est aliud, quam stabilis ac bona carnis constitutio, et spes fide digna, quod ea sic futura sit?*

CAPUT XXII.

Plato summum bonum in assimilatione cum Deo consistere ait, quocum concordant sacri scriptores.

✕ At vero Plato philosophus finem dicit esse duplicem: unum quidem, id quod est participabile et primum in ipsis formis, quod quidem nominat bonum; alterum autem id, quod est illius participans, ejusque accipit similitudinem, quod quidem est in hominibus, qui virtutem et veram philosophiam sibi vindicant. Quare Cleanthes quoque in secundo *De voluptate*, dicit Socratem ubique docere, eundem esse virum justum et beatum, eumque execrari qui primus divisit justum ab utili, ut qui rem fecerit impiam. Revera enim sunt impii, qui utile a justo, quod est secundum legem, separant. Ipse autem Plato dicit beatitudinem, quæ est εὐδαιμονία, esse, *bene habere dæmonem*; dici autem dæmonem, principalem animæ nostræ partem; beatitudinem autem esse perfectissimum bonum et plenissimum. Aliquando autem eam vocat vitam sibi consentientem et convenientem, et nonnunquam id, quod est ex virtute perfectissimum. Id autem ponit in scientia boni, et in ea, quæ est cum Deo, similitudine, similitudinem pronuntians in eo consistere, ut quis sit justus et sanctus cum prudentia. Annon sic quidem 180 ex nostris illud, *ad imaginem* quidem, statim in ortu accepisse hominem; *ad similitudinem* autem, per perfectionem postea esse accepturum, intelligunt? Jam vero docens Plato hanc similitudinem viro

Nαι μὴν Πλάτων ὁ φιλόσοφος διττὸν εἶναι τὸ τέλος φησίν, τὸ μὲν μεθεκτὸν τε καὶ πρῶτον ἐν αὐταῖς ὑπάρχον τοῖς εἶδεσιν, ὃ δὴ καὶ τὰγαθὸν προσνομάζει· τὸ δὲ μετέχον ἐκείνου, καὶ τὴν ἀπ' αὐτοῦ δεχόμενον ὁμοιότητα, ὃ περὶ ἀνθρώπους γίνεται, τοῖς μεταποιουμένοις ἀρετῆς τε καὶ τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας. Διὸ καὶ Κλεάνθης ἐν τῷ δευτέρῳ *Περὶ ἡδονῆς* τὸν Σωκράτην φησὶ παρ' ἕκαστα διδάσκειν, ὡς ὁ αὐτὸς δίκαιός τε καὶ εὐδαιμὼν ἀνὴρ· καὶ τῷ πρώτῳ διελόντι τὸ δίκαιον ἀπὸ τοῦ συμφέροντος καταρῶσθαι, ὡς ἀσεβὲς τι πρᾶγμα δεδρακότι· ἀσεβεῖς γὰρ τῷ ὄντι οἱ τὸ συμφέρον ἀπὸ τοῦ δικαίου τοῦ κατὰ νόμον χωρίζοντες. Αὐτὸς δὲ ὁ Πλάτων τὴν εὐδαιμονίαν τὸ εὖ τὸν δαίμονα ἔχειν (62), δαίμονα δὲ λέγεσθαι τὸ τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἡγεμονικόν· τὴν δὲ εὐδαιμονίαν τὸ τελειότατον ἀγαθὸν καὶ πληρέστατον λέγει. Ὅτι δὲ βίον ὁμολογούμενον καὶ σύμφωνον αὐτὴν ἀποκαλεῖ· καὶ ἐστ' ὅτι τὸ κατ' ἀρετὴν τελειότατον· τοῦτο δὲ ἐν ἐπιστήμῃ τοῦ ἀγαθοῦ τίθεται, καὶ ἐν ἐξομώσει (63) τῇ πρὸς τὸν θεόν· ὁμοιωτὴν ἀποφανόμενος δίκαιον καὶ δαιον μετὰ φρονήσεως εἶναι. Ἡ γὰρ οὐχ οὕτως τινὲς τῶν ἡμετέρων τὸ μὲν κατ' εἰκόνα (64) εὐθέως κατὰ τὴν γένεσιν ἐληφθέναι τὸν ἀνθρώπον, τὸ καθ' ὁμοίωσιν δὲ ὕστερον κατὰ τὴν τελειώσιν μέλλειν ἀπολαμβάνειν ἐκδέχοντα. Αὐτίκα ὁ Πλάτων (65), τὴν ὁμοίωσιν ταύτην μετὰ ταπεινοφροσύνης ἔσεσθαι τῷ ἐναρέτῳ διδάσκων

✕ P. 499 ED. POTTER, 417-418 ED. PARIS.

ejusque constitutionis spe explorata, ut a Metrodoro scriptum est, continetur. Plutarchus *De vita secundum Epicurum*: Τὸ γὰρ εὐσταθὲς σαρκὸς κατὰστημα καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν ἔλπισμα τὴν ἀκροτάτην γὰρὰν ἔχει καὶ βεβαιωτάτην. Gellius lib. ix, cap. 5; Th. Canterus lib. ii, cap. 6. COLLECT.

(61) Ἀγαθόν. Sic superius, Metrodori magister, Epicurus pag. 412 edit. Paris., dicit τέλος εἶναι τοῦ φιλοσόφου ἡδονήν. Θειάζει γοῦν σαρκὸς εὐσταθὲς κατὰστημα καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν ἔλπισμα.

(62) Τὸ εὖ τὸν δ. Similia dixerunt etiam Stoici. Lærtius in Zenone, lib. vii, segm. 88: Εἶναι δὲ αὐτὸ τοῦτο τὴν τοῦ εὐδαιμονοῦς ἀρετὴν, καὶ εὐροίαν βίου, ὅταν πάντα πράττηται κατὰ τὴν συμφωνίαν τοῦ παρ' ἕκαστῳ δαίμονος. *Esse autem hoc ipsum felicitis hominis virtutem, et felicem vitæ decursum, cum omnia geruntur ex consensu dæmonis qui apud unumquemque est.* Eum Antoninus, lib. iii extremo, vocat τὸν ἐνδόν ἐν τῷ στήθει ἰδρυμένον δαίμονα. *Dæmonem intus in pectore situm.* Apuleius etiam in *Apologia Socratis* hæc dicit: *Bona cupido bonus deus est*: et mox addit εὐδαιμονοῦς dici, quorum

dæmon bonus, id est animus virtute perfectus, est. Item Platonis discipulus Xenocrates apud Aristotelium *Topic.* lib. ii, c. 6: Ὁμοίως δὲ καὶ εὐδαιμονα, οὗ ἂν ὁ δαίμων ἢ σπουδαῖος· καθάπερ ὁ Ξενοκράτης φησὶν εὐδαιμόνα εἶναι τὸν τὴν ψυχὴν ἔχοντα σπουδαίαν· ταύτην γὰρ ἕκαστῳ εἶναι δαίμονα. *Similiter εὐδαιμονα eum, cujus dæmon est bonus: quemadmodum Xenocrates ait εὐδαιμονα esse, cujus animus sit bonus; hunc enim cuique esse dæmonem.*

(63) Ἐν ἐξομώσει. Conf. supra pag. 403, 401, 405, edit. Paris.

(64) Κατ' εἰκόνα. Conf. *Pædag.* lib. i, cap. 12 principio.

(65) Πλάτων. Platonis locus iste citatus supra *Protrept.*, pag. 20. Exstat autem lib. iv *De leg.*, pag. 715; exstat et apud Aristot. *De mundo*, cap. 2; apud Plutarch. pag. 636, et Justin. mart. pag. 25. H. Legitur autem in vulg. edit., ἀρχὴν τε καὶ τέλος τὴν καὶ μέσαν τῶν ὄντων ἀπάντων. SYLBERG.—Conf. etiam Origenes *Adv. Celsum* lib. vi, p. 285. Exstat hæc in Platonis edit. Francof. p. 851.

ἐκεῖνός που ἐρμηνεύει· Πᾶς ὁ ταπεινῶν ἐαυτὸν ὑψώθησεται. Λέγει οὖν ἐν τοῖς Νόμοις· Ὁ μὲν δὴ θεός, ὡσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχὴν τε καὶ μέσσην καὶ τελευτὴν τῶν πάντων ἔχων, εὐθείαν περαινει κατὰ φύσιν περιγορευόμενος· τῷ δὲ αἰεὶ (66) ξυνέπεται δίχη, τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρός. Ὁρᾷς ὅπως καὶ αὐτὸς εὐλαβείαν προσάγει τῷ θείῳ νόμῳ. Ἐπιφέρει γοῦν· Ἦς ὁ μὲν εὐδαιμονήσῃν μέλλων ἐχόμενος, ξυνέπεται ταπεινός καὶ κεκοσμημένος. Εἶτα τοῦτοις τὴν ἀκλόουθα συνάξας, καὶ τῷ φόβῳ νοουετήσας, ἐπιφέρει· Τίς οὖν (67) εἰ πρῶξις φίλη καὶ ἀκλόουθος θεῷ; μία καὶ εἰς λόγον ἔχουσα ἀρχαίον· ὅτι τῷ μὲν ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, ἔστι μετρίῳ, φίλον ἂν εἴη· τὰ δὲ ἄμετρα οὔτε ἀλλήλοις οὔτε τοῖς ἐμμέτροις (68). Τὸν οὖν τῷ θεῷ (69) προσφιλεῖ γνησιόσμενον, εἰς δύναμιν ὅτι μάλιστα καὶ αὐτὸν τοιοῦτον ἀναγκαῖον γίνεσθαι. Καὶ κατὰ τοῦτον δὴ τὸν λόγον ὁ μὲν σώφρων ἡμῶν θεῷ φίλος· ὁμοῖος γάρ· ὁ τε (70) μὴ σώφρων ἀνέμοιός τε καὶ διάφορος. Τοῦτο ἀρχαῖον εἶναι φήσας τὸ εἶδος, τὴν ἐκ τοῦ νόμου εἰς αὐτὸν ἤκουσαν διδασκαλίαν ἠνέξατο. Κάν τῷ θεοτιθέτω τὰ κακὰ ἀμφὶ τὴν θνητὴν φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖν ἐξ ἀνάγκης δούς, ἐπιφέρει· Διδό· (71) ἀ καὶ περιῶσθαι γρηῖ ἐνθένδε ἐκείσε φεύγειν ὅτι τάχιστα. Φυγὴ δὲ ὁμοίως θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν· ὁμοίως δὲ δίκαιον καὶ ὁσιον μετὰ φρονήσεως γένεσθαι. Σπεύσιππος τε, ὁ Πλάτωνος ἀδελφιδούς (72), τὴν εὐδαιμονίαν φησὶν ἔξιν εἶναι τελείαν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσιν· ἢ ἔξιν ἀγαθῶν· ἢς δὴ καταστάσεως ἅπαντας μὲν ἀνθρώπους ὄρεξιν ἔχειν, στοχάζεσθαι δὲ τοὺς ἀγαθοὺς τῆς ἀοχλησίας· εἰεν δ' ἂν αἱ ἀρεταὶ τῆς εὐδαιμονίας ἀπεργαστικά. Ξενοκράτης τε ὁ Χαλκηδόνιος (73) τὴν εὐδαιμονίαν ἀποδίδωσι κτήσιν τῆς οἰκείας ἀρετῆς καὶ τῆς ὑπηρετικῆς αὐτῆς δυνάμεως. Εἶτα ὡς μὲν ἐν ᾧ γίνεταί, φαίνεται λέγων τὴν ψυχὴν· ὡς δ' ὑφ' ὧν, τὰς ἀρετάς· ὡς δ' ἐξ ὧν, ὡς μερῶν, τὰς καλὰς πράξεις, καὶ τὰς σπουδαίας ἔξεις τε καὶ διαθέσεις, καὶ κινήσεις, καὶ σχέσεις· ὡς τοῦτων οὐκ εἴη τὰ σωματικά καὶ τὰ ἐκτός. Ὁ γὰρ Ξενοκράτους γνώριμος Πολέμων φαίνεται τὴν εὐδαιμονίαν αὐτάρκειαν εἶναι βουλούμενος ἀγαθῶν πάντων, ἢ τῶν πλείστων καὶ μεγίστων. Δογματίζει γοῦν χωρὶς μὲν ἀρετῆς μηδέποτε ἂν εὐδαιμονίαν ὑπάρχειν, δίχα δὲ καὶ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ἐκτός τὴν ἀρετὴν αὐτάρκην πρὸς εὐδαιμονίαν εἶναι. Καὶ τὰ μὲν ὧδε ἐλέτω· αἱ δὲ ἀντιρήσεις αἱ πρὸς τὰς εἰρημένας δόξας κατὰ καιρὸν τεθήσονται· ἡμῖν δὲ αὐτοῖς εἰς τέλος ἀτελεύτερον ἀφικέσθαι πρόκειται, πειθόμενοις ταῖς ἐντολαῖς, τουτέστι τῷ θεῷ, καὶ κατ' αὐτάς

A bono futuram esse cum humilitate, illud utique interpretatur : *Omnis qui seipsum humiliat, exaltabitur* . Dicit itaque in *Legibus* : *Deus quidem certe, ut vetus est oratio, continens principium et medium et finem universorum, recta pergit secundum naturam circumiens. Eum autem semper consequitur iustitia, ultrix eorum, qui a lege divina desciverint. Vides, quomodo ipse quoque legi divinæ adjungit cautionem, seu timorem. Subjungit itaque : Cui qui beatus quidem est futurus, adhærens, sequitur humilis et compositus. Deinde cum his ea, quæ sunt consequentia, conjunxisset, et timore adhibito admonuisset, subjungit : *Quænam est ergo actio, quæ a Deo amata, et eum consequitur? Una certe, rationem unam antiquam habens et præcipuam, quod simili, quod quidem est moderatum, simile fuerit amicis; quæ sunt autem immoderata, neque sibi invicem, neque moderatis & amica sunt. Qui igitur Deo talis amicus fore studet, necesse est, ut quam maxime pro viribus efficiatur talis. Hæc itaque ratione quisquis est temperans, est Deo amicus; est enim similis; intemperatus autem, dissimilis et diversus. Hoc autem vetus decretum esse dicens, eam, quæ a lege ad ipsum pervenit, doctrinam tacite significavit. Et in *Theæteto*; cum mala circa mortalem naturam et hunc locum necessario vagari concessisset, subjungit : *Quare oportet tentare hinc illuc fugere quam celerrime. Fuga autem est, Deo, quoad fieri potest, assimilatio; assimilatio autem, justum et sanctum fieri cum prudentia. Et Speusippus, Platonis ex sorore filius, dicit beatitudinem esse perfectum habitum in iis, qui se habent secundum naturam : aut habitum honorum : quam constitutionem omnes quidem homines appetere; solos autem bonos consequi molestiæ vacuitatem : et quod virtutes felicitatem efficiant. Xenocrates vero Chalcedonensis definit beatitudinem, convenientis virtutis possessionem, et ejus, quæ ei inservit, facultatis; deinde, ut in quo quidem sit, apparet dicere animam; ut autem a quibus, virtutes; ut ex quibus tanquam partibus, bonas actiones, et honestos habitus, et affectiones, et motus, et habitudines; utpote quod non sine his sint ea, quæ sunt corporis et externa. Xenocratis enim discipulus Polemo, videtur velle beatitudinem esse sufficientiam omnium bonorum, vel plurimorum et maximorum. Decernit itaque, sine virtute quidem non futuram unquam beatitudinem; absque bonis autem corporis et externis, virtutem esse sufficientem ad beatitudinem. Et hæc quidem sic habeant. Quæ au***

✱ P. 500 ED. POTTER, 418-419 ED. PARIS. * Luc. xiv, 11.

(66) Τῷ δὲ αἰεὶ. Plato, τῷ δ' αἰεὶ.

(67) Τίς οὖν. Hæc exstant in libro Platonis jam dicto, p. 832.

(68) Ἐμμέτροις. Adjicit Plato : Ὁ δὲ θεός ἡμῖν ἀπάντων χρημάτων μέτρον ἂν εἴη μάλιστα, καὶ πολὺ μᾶλλον ἢ που τις, ὡς φασιν, ἄνθρωπος. *Deus profecto nobis rerum omnium maxime sit mensura, multoque magis, quam quisvis, ut ferunt, homo.*

(69) Τῷ θεῷ. Plato, τῷ τοιοῦτω.

(70) Ὁ τε. Plato, ὁ δέ. Ibidem mox, διάφορός τε καὶ ἄδικος.

(71) Διδό. Hæc exstant *Theæteti* p. 129. Superius ea recitavimus ad Clementis p. 403 edit. Paris.

(72) Ἀδελφιδούς. Nempe υἱὸς τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ Ποτώνης, filius Potoneæ sororis Platonis, ut refert Suidas, et Laertius in principio lib. iv.

(73) Χαλκηδόνιος. Conf. quæ superius adnotata sunt ad *Protrept.* p. 44 edit. Paris.

tem sunt ad refellendas eas, quæ jam dictæ sunt, sententias necessaria, dicentur suo tempore. Nobis autem est propositum pervenire ad finem minime finiendum, mandata, hoc est Deum, sequentibus, et secundum ea, sine reprehensione et scienter, per divinæ voluntatis cognitionem viventibus. Rectæ autem rationi seu Logo, quoad fieri potest, assimilatio, et finis, et in finalem seu perfectam adoptionem per Filium nos restituit, Patremque semper glorificat per magnum pontificem, qui nos fratres et coheredes dignatus est appellare. Et Apostolus quidem breviter finem describens in Epistola ad Romanos, dicit: *Nunc vero liberati a peccatis, Deo autem servientes, habetis fructum vestrum in sanctificatione*; *finem autem, vitam eternam*^a. Cum autem spem novisset ✕ duplicem, unam quidem, quæ exspectatur, alteram vero, quæ minis intenditur, finem adhuc esse docet spei restitutionem. *Patientia enim, inquit, probationem; probatio vero spem: spes autem non confundit, quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*^b. Propter quæm charitatem est etiam in spem restitutio, quam requiem dicit alibi nobis esse repositam. Similia etiam invenias apud Ezechielem, quæ sic habent: *Anima peccans ipsa morietur. Et vir, qui fuerit justus, et fecerit iudicium, et justitiam, supra montes non comedit, et suos oculos non sustulit ad idola domus Israel, et uxorem proximi sui non polluit, et ad uxorem in tempore immunditiei suæ non accessit* (non vult enim semen hominis probro ac vituperio affici), *et virum, inquit, non male afficiet, pignus debitoris reddet, raptum non rapiet, panem suum dabit esurienti, et amplius non accipiet, ab iniquitate avertet manum suam, verum faciet iudicium inter virum et proximum, in justificationibus meis ambulabit, et justificationes meas custodiet, ad faciendam veritatem: est justus, vita vivet, dicit Adorai Dominus*^c. Et Isaias, eum quidem, qui credidit, ad vitæ honestatem; eum autem, qui est gnosticus, ad considerationem adhortans, ostendens non esse eandem hominis et Dei virtutem, sic inquit: *Quærite Dominum, et in inveniendo ipsum invocate. Quando autem vobis appropinquaverit, relin-*

✕ P. 501 ED. POTTER, 419-420, ED. PARIS. 5, 6, 7, 8, 9.

(74) Ἀδελφούς καὶ συγκληρ. Respicere videtur Hebr. ii, 11: Οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφούς αὐτούς καλεῖν· et Rom. viii, 17, ubi fideles vocati sunt συγκληρονόμοι Χριστοῦ.

(75) Ἀπειλημμένην. Interpres, quæ minis intenditur: periinde ac si ab ἀπειλεῖν profecta esset hæc vox. Vertendum fuerat, quæ jam recepta est, vel cuius jam compotes sumus facti: nam ab ἀπολαμβάνω ducta est. Vult auctor, Apostolum duplicem nostram spem descripsisse: priorem cuius in hac vita participes sumus, nempe sanctificationem: alteram, quam exspectamus, nempe vitam æternam.

(76) Ἀνάπαυσιν. Respicit forte Heb. iv, 8, 9, 11: Εἰ γὰρ αὐτοὺς Ἰησοῦς κατέπαυσεν, οὐκ ἂν περιέλλῃ: ἐλάλει μετὰ ταῦτα ἡμέρας. Ἄρ: ἀπολείπεται,

βίωσασιν ἀνεπιλήπτως καὶ ἐπιστημόνως, διὰ τῆς τοῦ θεοῦ θελήματος γνώσεως· ἢ τε πρὸς τὸν ὄρον λόγον ὡς οἶόν τε ἐξομοίωσις τέλος ἐστὶ, καὶ εἰς τὴν τελείαν υἰοθεσίαν διὰ τοῦ Υἱοῦ ἀποκατάστασις, δεξάουσα αἰετὸν Πατέρα διὰ τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως, τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συγκληρονόμου (74) καταζώσαντο ἡμᾶς εἰπεῖν. Καὶ ὁ μὲν Ἀπόστολος, συντόμως τὸ τέλος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ διαγράφων, λέγει· *Nunc δὲ, ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, δουλωθέντες δὲ τῷ Θεῷ, ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν· τὸ δὲ τέλος ζωὴν αἰώνιον*. Διττὴν δὲ εἰδὼς τὴν ἐλπίδα, τὴν μὲν προσδοκωμένην, τὴν δὲ ἀπειλημμένην (75), ἦδη τέλος διδάσκει τὴν τῆς ἐλπίδος ἀποκατάστασιν· Ἡ γὰρ ὑπομονή, φησὶ, δοκιμὴ· ἢ δὲ δοκιμὴ, ἐλπίδα· ἢ δὲ ἐλπίς οὐ καταισχύνει· ὅτι ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν. Δι' ἣν ἀγάπην καὶ εἰς τὴν ἐλπίδα ἀποκατάστασις, ἢ ἀνάπαυσιν (76) ἀλλαγῶ λέγει ἀποκείσθαι ἡμῖν. Τὰ ὅμοια καὶ παρὰ τῷ Ἰεζεκιήλ εὐροῖς ἂν, οὕτως ἔχοντα· Ἡ ψυχὴ (77) ἁμαρτάνουσα, αὐτὴ ἀποθνήσκει· καὶ ἀνὴρ, ὃς ἂν γένηται δίκαιος, καὶ ποιῆσῃ κρίμα καὶ δικαιοσύνην, ἐπὶ τὰ ἔρη οὐκ ἔσται, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ οὐκ ἔσται ἐπὶ τὰ εἰδωλα οἴκου Ἰσραὴλ, καὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον οὐκ ἐμίσηται, καὶ πρὸς γυναῖκα ἐν καιρῷ ἀκαθαρσίας αὐτῆς οὐ προσήλθεν (οὐ γὰρ ἐφύβριστον τὴν ἀνθρώπου σπαρὰν εἶναι βούλεται), καὶ ἄνδρα, φησὶ, μὴ κακώσῃ· ἐνεχύρασμα ὀφείλοντος ἀποδώσει· ἄρπυγμα οὐ μὴ ἀρπάσῃ· τὸν ἄρτον αὐτοῦ πεινῶντι δώσει (78)· καὶ πλεονασμῶν οὐ λήψεται· ἐξ ἀδικίας ἀποτρέψει τὴν χεῖρα αὐτοῦ· κρίμα ἀληθινὸν ποιήσει ἀνὰ μέσον ἀνδρῶν καὶ τοῦ πλησίον· ἐν τοῖς δικαιομασί μου κερύσσεται, καὶ τὰ δικαιώματά μου ἐξέλαξε, τοῦ ποιῆσαι ἀλήθειαν· δίκαιός ἐστι, ζωὴ ζήσεται, λέγει Ἀδωνά Κύριος. Ὁ τὶ Ἠσαίας τὸν μὲν πιστεύσαντα εἰς σεμνότητα βίου, τὸν γνωστικὸν δὲ εἰς ἐπίστασιν (79) παρακαλῶν, μὴ τὴν αὐτὴν εἶναι ἀρετὴν (80) ἀνθρώπου καὶ Θεοῦ παριστάς, ὡδὲ φησὶ· Ζητήσατε τὸν Κύριον, καὶ ἐν τῷ εὐρίσκειν αὐτὸν ἐπικαλέσασθε. Ἡρίκα δ' ἂν ἐγγίξῃ ὑμῖν, ἀπολείπεται ὁ ἀσεβὴς τὰς ἐδοὺς αὐτοῦ· καὶ ἀνὴρ ἄνομος τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ·

^a Rom. vi, 22. ^b Rom. v, 4, 5. ^c Ezech. xviii, 4.

σάββατισμός τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ. Σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν.

(77) Ἡ ψυχὴ. Hæc superius occurrunt Pædag. lib. i, sub. finem c. 10, e quo loco cum hoc collato patebit, Clementem διὰ μνήμης has Scripturas recitasse.

(78) Δώσει. Sequitur apud Ezechielem, καὶ γυνὴν περιβαλεῖ, καὶ τὸ ἀργύριον αὐτοῦ ἐπὶ τόκῳ οὐ δώσει· quod librariorum negligentia propter dōσαι repetitum excidisse videtur.

(79) Ἐπίστασιν. Scribi etiam possit ἐπίστασιν.

(80) Τὴν αὐτὴν ἀρ. Hoc addit propter Stoicos, qui eandem esse Dei ac hominum virtutem dicebant: quos Clemens infra refellit, Strom. vii, p. 755.

καὶ ἐπιστραφήτω πρὸς Κύριον, καὶ ἐλεηθή-
σεται, ἕως, Καὶ τὰ διανοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς
διανοίας μου. Ἡμεῖς τοίνυν κατὰ τὸν γενναῖον
Ἀπόστολον, ἐκ πίστεως ἐλπίδα δικαιοσύνης ἀπεκ-
ἐσχέμεθα· ἐν γὰρ Χριστῷ (81) οὔτε περιτομή τι
ἰσχύει, οὔτε ἀκροϋστία, ἀλλὰ πίστις δι' ἀγάπης
ἐνεργουμένη. Ἐπιθυμοῦμεν δὲ ἕκαστον ὑμῶν
τὴν αὐτὴν ἐνδελεχυσθαι σπουδὴν πρὸς τὴν
πληροφόριαν τῆς ἐλπίδος, ἕως, Κατὰ τὴν τάξιν
Μελχισεδέκ ἀρχιερέως γενόμενος εἰς τὸν αἰῶνα.
Τὰ ὅμοια τῷ Παύλῳ ἡ πανάρετος Σοφία (82) λέγει·
Ὁ δὲ ἐμοῦ (83) ἀκούων, κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι
πεποιθώς (84)· ἡ γὰρ τῆς ἐλπίδος ἀποκατάστασις
ἐμωνώμας ἐλπίς εἰρήται· διὰ τοῦ κατασκηνώσει
τῇ λέξει (85) παγκάλως προσέθηκε τὸ πεποιθώς,
δεικνύς τὸν τοιοῦτον ἀναπεπαῦσθαι, ἀπολαθόντα ἢ
ἴλπιζεν ἐλπίζα· διὸ καὶ ἐπιφέρει, Καὶ ἡσυχάσει
ἀφόβως ἀπὸ παντὸς κακοῦ. Ἀντικρὺς δὲ ὁ Ἀπό-
στολος ἐν τῇ προτέρᾳ τῶν πρὸς Κορινθίους διαβήδῳ
φρσι· Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κατὰ Χριστοῦ·
ἵνα γένηται ἐκεῖνο· Εἰ ὑμεῖς (86) ἐμοῦ, ἐγὼ δὲ
Χριστοῦ· ὑμεῖς οὖν μιμηταί Χριστοῦ γίνεσθε, Χρι-
στὸς δὲ Θεοῦ. Τὴν ἐξομολογίαν (87) τοίνυν τῷ Θεῷ,
εἰς ὅσον ὁ λόγος τῆς δικαιοσύνης καὶ ἵστιον μετὰ φο-
ρήσεως γενέσθαι, σκοπὸν τῆς πίστεως ὑποτίθε-
ται· τέλος δὲ τὴν ἐπὶ τῇ πίστει τῆς ἐπαγγελίας
ἀποκατάστασιν. Ἐκ τούτων οὖν αἱ πηγαὶ τῶν περὶ
τέλους δογματισάντων, ἅς προειρήκαμεν, βλύζουσιν.

quat impius vias suas, et convertatur ad Dominum,
et misericordiam consequetur, usque ad : Cogitata
vestra a cogitatione mea a. Nos ergo, ex praclari
Apostoli sententia, ex fide spem justitiæ expecta-
mus : in Christo enim neque 181 circumcisio ali-
quid valet, neque praputium, sed fides, quæ per di-
lectionem operatur b. Cupimus autem unumquemque
restrum eandem ostendere sollicitudinem ad exple-
tionem spei, usque ad illud : Secundum ordinem
Melchisedec factus pontifex in æternum c. Paulo
quoque similia dicit Sapientia omni virtute plena :
Qui autem me audit, habitabit in spe confidens d.
Spei enim restitutio, spes dicta est a quoque : pro-
pterea huic dictioni, ✕ habitabit, pulcherrime
adjecit, confidens : ostendens eum, qui est hujus-
modi, requievisse, recepta ea spe, quam sperabat.
Quare etiam subjungit : Et quiescet secure ab omni
malo. Aperte autem dicit Apostolus in priori ad
Corinthios : Imitatores mei estote, sicut et ego
Christi e : ut illud efficiatur : Si vos mei, ego au-
tem Christi ; vos ergo estis Christi imitatores,
Christus vero Dei. Deo ergo assimiluri, ut, quoad
feri potest, fiat quis justus et sanctus cum prudentia,
statuit esse scopum fidei ; finem autem, eam, quæ
fit per fidem, promissi restitutionem. Ex his ergo
fontes eorum, qui de fine decreverunt, quos prius
diximus, scaturiunt. Sed de his quidem satis est.

CAPUT XXIII.

De matrimonii commodis et præceptis in ejus usu observandis ; quæ plenius tractat libro sequenti.

Ἐπεὶ δὲ ἡδονὴ καὶ ἐπιθυμία ὑποπίπτειν γάμῳ
δοκεῖ, καὶ περὶ τούτου διαληπτέον. Γάμος μὲν οὖν
ἐστὶ σύνδοξος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἡ πρώτη (88) κατὰ
νόμον ἐπὶ γνησίων τέκνων σπορά. Ὁ γοῦν κωμικὸς
Μένανδρος·

.... Παῖδων, φρσι, σπέρω τῶν γησίων
Δίδωμι σοὶ γε τὴν ἐμᾶντοῦ θυγατέρα.

Ζητοῦμεν δὲ, εἰ γαμήτιον· ὅπερ τῶν κατὰ πρὸς
τί (89) πως ἔχειν ὀνομασμένων ἐστίν. Τινὶ γὰρ

Quoniam autem voluptas et cupiditas videntur
cadere in matrimonium, de hoc quoque tractandum
est. Est ergo matrimonium prima legitima viri et
mulieris conjunctio ad legitimorum liberorum pro-
creationem. Menander itaque comicus ait :

Ad seminandos legitimos liberos
Tibi meam trado filiam.

Quærimus autem, an sit uxor ducenda : quod qui-
dem est ex iis, quæ secundum ad aliquid quodam-

✕ P. 502 ED. POTTER, 420-421 ED. PARIS. a

Isa. lv, 6, 7, 9. b Gal. v, 5, 6. c Heb. vj, 11, 20.

d Prov. i, 33. e I Cor. xi, 1.

(81) Χριστῷ. Χριστῷ Ἰησοῦ, Galat.

(82) Ἡ πανάρετος Σοφία. Sic Clemens Romanus
sub finem prioris Epistolæ : Οὕτως γὰρ λέγει ἡ
πανάρετος Σοφία. Ita siquidem dicit Sapientia
omnem virtutem complectens. Post quem, librum
Proverborum, πανάρετον Σοφίαν appellarunt, non
solum Clemens Alexandrinus, sed etiam Hegesip-
pus, Irenæus, καὶ ὁ πᾶς τῶν ἀρχαίων χορός, et totus
antiquorum chorus, apud Eusebium Hist. eccles.
lib. iv, cap. 18. Conf. quæ ad Clementem Romanum
adnotavit Cotelerius.

(83) Ὁ δ' ἐμ. Vide, quæ superius in pag. 342
edit. Paris. adnotata sunt. COLLECT.

(84) Πεποιθώς. Abest a Prov. i, 35, ubi tamen
adnotat Flaminius Nobilius, in scholio quodam hæc
existare, ἀναπαύσεται ἐν εἰρήνῃ πεποιθώς.

(85) Διὰ τοῦ κατασκηνώσει τῇ λέξει. Clarius
divise, δι' ἃ, quapropter : inquit Sylburg. Rectius
legitur, ἐπὶ τῇ τοῦ κατασκηνώσει λέξει. Lowth.

(86) Ὑμεῖς. Illa etiam Pauli verba respicere
videtur Clemens, quæ occurrunt I Cor. iii, 22, 25 :

Πάντα ὑμῶν ἐστίν· ὑμεῖς δὲ Χριστοῦ· Χριστὸς δὲ
Θεοῦ.

(87) Ἐξομολογίαν. Cum apostoli doctrina con-
fert, quæ paulo superius e Platone recitavit.

(88) Ἡ πρώτη. Videtur Clemens σύνδοξον πρῶ-
την, primam conjunctionem, nuptias appellans, eas
distinguere a concubinato, γάμοις ἐπεισάκτοις. Nec
enim secundas nuptias post mortem alterius e con-
jugibus contractas damnavit, ut e Strom. iii satis
patet. Sic Hermas lib. ii, sub finem mandat. iv :
Si vir, vel mulier alicujus decesserit, et nupserit
aliquis illorum, numquid peccat ? Qui nubit, non
peccat, inquit : sed si per se manserit, magnum sibi
conquiri honorem apud Dominum. Ubi quid de se-
cundis nuptiis senserint antiqui Patres, multis
testimoniis edocuit Cotelerius. Qui tamen existi-
masse videtur, Clementem ea causa σύνδοξον πρῶτην
vocasse τὸν γάμον, quod μονογαμίαν solam pro-
baret.

(89) Κατὰ πρὸς τι. Lowthius mavult κατὰ ἡ
πρὸς τι.

modo se habere dicuntur. Est enim alicui ducenda uxor, hoc est aliquo modo se habenti, et aliqua uxor ducenda, et quæ aliquo modo se habeat. Neque enim est uxor ducenda cuilibet, neque semper; sed tempus quoque est, in quo convenit; et persona, cui convenit; et ætas, usque ad quam. Neque ergo est cuilibet uxor quælibet ducenda, neque semper, sed neque omni modo ac temere; sed ei, qui aliquo modo se habet, et qualem, et quando oportet, et liberorum gratia, et ea, quæ est in omnibus similis, et non vi aut necessitate virum amantem diligit. Unde Abraham, uxorem suam sororem esse defendens, ait: *Mihi soror est ex patre, sed non ex matre, fuit autem mihi quoque in uxorem*; docens eas, quæ ex eadem matre nate sunt, non esse ducendas uxores. Jam vero paucis persequamur historiam. Plato ergo matrimonium collocat ✕ in bonis externis, astruens scilicet nostri generis immortalitatem, et quamdam perpetuitatem, qua posteritas posteritati lampadem quasi vicissim in manus tradit. Democritus autem repudiatur matrimonium et procreationem liberorum, propter multas, quæ ex ipsis oriuntur, molestias, et quod abstrahant ab iis quæ sunt magis necessaria. Ei autem Epicurus quoque assentitur, et quicunque in voluptate, molestiæque et doloris vacuitate bonum collocant. Præterea ex Stoicorum quidem sententia est indifferens, et matrimonium et

γαμητέον, ὅπερ καὶ πῶς ἔχοντι, καὶ τίνα, καὶ πῶς ἔχουσιν· οὔτε γὰρ παντὶ γαμητέον, οὔτε πάντοτε, ἀλλὰ καὶ χρόνος ἐστίν, ἐν ᾧ καθήκει, καὶ πρόσωπον, ᾧ προσήκει, καὶ ηλικία, μέχρι τίνος. Οὔτε οὖν παντὶ γαμητέον πᾶσαν οὔτε πάντοτε, ἀλλ' οὔδε παντελῶς καὶ ἀναδην (90)· ἀλλὰ τὸ πῶς ἔχοντι (91), καὶ ὅποιαν, καὶ ὅποτε δεῖ, καὶ χάριν παίδων, καὶ τὴν κατὰ πάντα ὁμοίαν, καὶ μὴ βία ἢ ἀνάγκη στέργουσιν τὸν ἀγαπῶντα ἀνδρα. Ὅθεν ὁ Ἀβραὰμ φησὶν, ἐπὶ τῆς γυναικὸς σκηπτόμενος ὡς ἀδελφῆς· Ἐπισημασθὲ μοι ἐστὶν ἐκ πατρὸς, ἀλλ' οὐκ ἐκ μητρὸς· ἐγένετο δέ μοι (92) καὶ (93) εἰς γυναῖκα· τὰς ὁμοιοτηρίους μὴ δεῖν ἕνεσθαι πρὸς γάμον διδάσκων. Ἐπιμύμεν δὲ ἐν βραχεὶ τὴν ἱστορίαν. Πλάτων (94) μὲν οὖν ἐν ταῖς ἐκτὸς ἀγαθοῖς τάττει τὸν γάμον, ἐπισκευάσας τὴν ἀθανασίαν τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ οἰονεὶ διαμονὴν τίνα παισὶ παίδων μεταλαμπάδευομένην· Δημόκριτος δὲ γάμον καὶ παιδοποισίαν παραιτεῖται διὰ τὰς πολλὰς ἐξ αὐτῶν ἀηδίας τε καὶ ἀφοκᾶς ἀπὸ τῶν ἀναγκαιστέρων. Συγκατατάττεται δὲ αὐτῷ καὶ Ἐπίκουρος (95), καὶ ὅσοι ἐν ἡδονῇ καὶ ἀοχλήσῃ, ἐπὶ δὲ καὶ ἀλυπῃ, τάχαθον τίθενται. Ἐπιμαρτυροῦνται κατὰ μὲν τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἀδιάφορον (96) ὁ τε γάμος ἢ τε παιδοτροφία· κατὰ δὲ τοὺς ἐκ τοῦ Περικλέους ἀγαθόν. Συλλήθδην οὔτοι, μέχρι γλώττης ἀγαθόντες τὰ δόγματα, ἡδοναῖς ἐδουλώθησαν· οἱ μὲν παλλακίσιν, οἱ δὲ ἐταίραις, μαιρακίοις τε οἱ πλεῖστα κεχρημένοι. Ἡ σοφὴ δὲ ἐκείνη τετρακτὺς ἐν τῷ

✕ P. 503 ED. POTTER, 421-422 ED. PARIS. • Genes. xx, 12.

(90) Ἀναδην. Et hic et infra aliquoties scribi possit ἀνάδην. Conf. Index Græcus.

(91) Τὸ πῶς ἔχοντι. Congruentius dativo casu, τῷ πῶς ἔχοντι· ut paulo superius, τίνα. SYLBERG.

(92) Δέ μοι. Δέ μου, GENES.

(93) Καί. Abest. a Genes.

(94) Πλάτων. Respicit Platonis *De legibus* lib. vi, p. 869 extrema: Περὶ γάμων δὴ ταῦτ' ἐστὼ παραμύθια λεγόμενα, καὶ δὴ καὶ τὰ ἐμπροσθεν τούτων ῥηθέντα, ὡς χρὴ τῆς αἰνενοῦς φύσεως ἀντέχεσθαι τῶν παιδᾶς παίδων καταλείποντα αἰετὶ τῷ Θεῷ ὑπηρετας ἀνθ' αὐτοῦ παραδίδοντα. *Ad nuptias igitur ut decet celebrandas et hæc exhortantur, et illa, quæ in superioribus diximus, asserentes oportere filiorum filios relinquendo, nostros videlicet in divino ministerio successores, naturam assequi sempiternam.* Nec multo post hæc addit, p. 871, de connubio junctis agens: Ὅν δὴ χάριν μητρὶ καὶ πατρὶ καὶ τοῖς γυναικῶς οἰκείοις παρέντας χρὴ τὰς αὐτῶν οἰκίσεις, οἷον εἰς ἀποικίαν ἀφικνουμένους αὐτοὺς, ἐπισκοποῦντάς τε ἅμα καὶ ἐπισκοπούμενους οἰκεῖν, γεννῶντάς τε καὶ ἐκτρέφοντάς παῖδας, καθάπερ λαμπάδα τὸν βίον παραδιδόντας ἄλλοις ἐξ ἄλλων. *Quapropter parentibus utrisque, affinisque relictis, seorsim quasi ad coloniam proficiscantur, ac vicissim seipsos observantes habent, liberos generando, et educando: et vitam, quam ab aliis acceperunt, a se, quasi lampada, alii tradunt.* Item *De legibus* l. iv, p. 855, jubet uxorem ducere, διανοηθέντα, ὡς ἐστὶν ἢ τὸ ἀνθρώπινον γένος φύσει τὴν μετελλήθην ἀθανασίας· *cogitantem, quod sic natura quadam humanum genus quodammodo immortalitatem consequitur.* Dein paulo post hæc adjicit: Γένος οὖν ἀνθρώπων ἐστὶ τι ξυμφυῆς τοῦ παντὸς χρόνου, ὃ διὰ τέλους αὐτῷ ἐνέπεται καὶ συνέπεται τούτῳ τὸ ἀθάνατον ἢ τῷ παιδᾶς παίδων καταλιπόμενον, ταυτὸν καὶ ἐν ὄν ἀεὶ γενεῖται, τῆς ἀθανασίας μετελλήθρηνα. *Genus itaque*

hominum immortale hoc modo in sempiternum perdurat, quod filiorum filios relinquendo unum et idem semper per generationem immortalitatem adipiscatur. Porro Theodoretus hunc Clementis locum transiit in *Θεραπευτ.* ιδ', p. 675: Καὶ ἀποδεγόμεθα Πλάτωνα, τοῖς ἀγαθοῖς τὸν γάμον συντάξαντα, καὶ ἀθανασίας ἐπίνοιαν, καὶ διαμονὴν τοῦ γένους καλέσαντα· Δημοκρίτῳ δὲ καὶ Ἐπικουρῷ λίαν μεμψόμεθα, παρατεῖσθαι καὶ τὸν γάμον καὶ τὴν παιδογονίαν κελύουσι· τὴν μὲν γὰρ τοὶ ἡδονῆν ὀρισάμενοι τέλος, τὰς φροντίδας ἔχοντα, καὶ τινὰς ἀηδίας, παντελῶς ἀπεκηρύξαν. Οἱ δὲ τῆς ποικίλης μέστην τινὰ ἔδδον ὠδυσαν· τοῖς γὰρ ἀδιαφόροις τὸν γάμον καὶ τὴν παιδογονίαν ἐνέεινεν. *Platonemque admittimus nuptias inter bona collocantem, immortalitatisque paradæ inventum, et stabilitatem generis appellantem; Democritum vero et Epicurum vehementer damnatum, qui nuptias et liberorum procreationem vitari jubent. Qui enim humanam felicitatem voluptate metiebantur, quidquid curarum aliquid vel fastidii afferre poterat, omnino repudiaverunt. At Stoici media quadam via incesserunt: conjugia enim et liberorum susceptionem inter indifferentia recensuerunt.*

(95) Ἐπικουρος. Diogenes Laertius in *Epicuro*, lib. x, seg. 119: Καὶ μηδὲ γαμήσειν, μηδὲ τεκνοτροφήσειν. *Et nec uxorem ducere, nec liberos nutrire sustinuit.* Ubi conf. quæ adnotavit cl. Menagius.

(96) Ἀδιάφορον. A. Gellius lib. ii, cap. 7: *Quæ vero in medio sunt, et a Græcis tum ἀδιάφορα, tum μέσα appellantur, ut in militiam ire, rus colere, honores capessere, causas defendere, uxorem ducere, . . . quoniam hæc, et his similia per sese ipsa neque honesta sunt, neque turpia, sed proinde ut a nobis aguntur, ita ipsis actionibus aut probandis fiunt, aut reprehendenda.* Conf. paulo superius, p. 916 edit. Paris. et Origenes *Adv. Celsum*, lib. iv, p. 194.

κῆψα μετὰ τῆς ἑταίρας (97) ἔργοις ἐκὺδαινον τὴν ἠδονήν. Οὐκ ἂν οὖν ἐκφύγοιεν τὴν βουζύγιον ἄραν, ἔσοι μὴ δοκιμάζοντες σφίσι συμφέρειν τινα, ἑτέροις ἐαυτὰ παρακελεύονται ποιεῖν· ἢ αὖ τοῦμπαλιν. Τοῦτο βραχέως ἡ Γραφή δεδήλωκεν, εἰρηκυῖα· "Ὁ μισεῖς (98), ἄλλω οὐ ποιήσεις. Πλὴν οἱ γάμον δοκιμάζοντες, ἢ φύσις ἡμᾶς ἐποίησεν, φασίν, εὐθέτους πρὸς γάμον, ὡς δῆλον ἐκ τῆς σωματίων κατασκευῆς, τῶν τε ἀρρένων καὶ τῶν θηλειῶν· καὶ τὸ Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε συνεχῶς ἐπιβοῶνται. Εἰ δὲ καὶ ταῦθ' οὕτως ἔχει, ἀλλ' αἰσχρὸν γε αὐτοῖς δοκεῖ τὸ καὶ τῶν ἀλόγων ζώων τὸν ὑπὸ Θεοῦ δημιουργηθέντα ἄνθρωπον ἀκρατέτερον εἶναι, ἢ τὴν ἐπιμειξίαν οὐ ποιεῖται πρὸς πολλὰ καὶ ἀναίδην (99), ἀλλὰ πρὸς ἓν καὶ ὁμόφυλον· οἶαι αἱ πελειάδες, καὶ αἱ φάσσαι, καὶ τὸ τρυγῶνον γένος, καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια. Ἔτι φασίν, « Ὁ ἄτεκνος τῆς κατὰ φύσιν τελειότητος ἀπολείπεται, ἅτε μὴ ἀντικαταστήσας τῇ χώρᾳ τὸν οἰκεῖον διάδοχον· τέλειος γὰρ ὁ πεποικηκώς ἐξ αὐτοῦ τὸν ἑμοιον· μάλλον δὲ, ἐπειδὴν ἐκείνιον τὸ αὐτὸ πεποικηκῶτα ἐπίδη, τουτέστιν, ὅταν εἰς τὴν αὐτὴν καταστήσῃ φύσιν τὸ τεκνωθὲν τῷ τεκνώσαντι. » Γαμητέον οὖν πάντως καὶ τῆς πατρίδος ἕνεκα, καὶ τῆς τῶν παιδῶν διαδοχῆς, καὶ τῆς τοῦ κόσμου, τὸ ὅσον ἐφ' ἡμῖν, συντελειώσεως· ἐπεὶ καὶ γάμον τινα οἰκτεῖρουσιν οἱ ποιηταὶ ἡμιτελῆ (1) καὶ ἄπαιδα· μακκρίζουσι δὲ τὸν ἀμφιθαλῆ. Αἱ δὲ σωματικαὶ νόσοι μάλιστα τὴν γάμον ἀναγκαῖον δεικνύουσι· ἢ γὰρ τῆς γυναικὸς κηδεμονία, καὶ τῆς παραμονῆς ἢ ἐκτένεια, τὰς ἐκ τῶν ἄλλων οἰκείων καὶ φίλων ἔοικεν ὑπερτίθεσθαι προσκαρτερέσεις, ὅση τῇ συμπαθείᾳ διαφέρειν καὶ προσεδρεύειν μάλιστα πάντων προαιρεῖται· καὶ τῷ ὄντι κατὰ τὴν Γραφὴν ἀναγκαῖα βοηθός (2). Ὁ γοῦν κωμικὸς Μένανδρος, καταδραμῶν τοῦ γάμου, ἀλλὰ καὶ τὰ χρήσιμα ἀντιτελεῖς, ἀποκρίνεται· οἱ εἰπόντι·

.... πρὸς τὸ πρῶμ' ἔχω κακῶς·
Ἐπαριστερώς γὰρ αὐτὸ λαμβάνεις....

✗ P. 504 ED. POTTER. * Tob. iv, 16. ὦ Genes. i, 28. * Genes. ii, 18.

(97) Τῆς ἑταίρας. Præcipue Leontium innuere videtur, quæ Epicuro et Epicureis in horto sese prostituit. Athenæus lib. xiii, cap. 6: Οὗτος οὖν Ἐπίκουρος οὐ Λεόντιον εἶχεν ἐρωμένην, τὴν ἐπὶ ἑταιρεία διαδόχου γενομένην; ἢ δὲ οὐχ ὅτε φιλοσοφεῖν ἤρξαστο, ἐπαύσατο ἑταιροῦσα, πᾶσι τε τοῖς Ἐπικουρείοις συνῆν ἐν τοῖς κήποις; Ἐπικούρω δὲ καὶ ἀναφανδὸν, ὡς ἐκείνον, πολλὴν φροντίδα ποιούμενον αὐτῆς, τοῦτ' ἐμφανίζειν διὰ τῶν πρὸς Ἐρμαχὸν ἐπιστολῶν. Hujus Epicuri annon famosa meretrix Leontium amica fuit? Illa autem philosophiæ operam nupture cum cœpisset, non ideo scortari destitit, sed Epicureis omnibus in hortis se prostituit, et palam quidem Epicuro, adeo ut de illa multum fuerit sollicitus Epicurus: quod suis ad Hermachum litteris declaravit. Conf. Diogenes Laertius lib. x, seg. 4 et seq.

(98) Ὁ μισεῖς. Tob. iv, 16: Καὶ ὁ μισεῖς, μηδὲν ποιήσης. Constitutionum apostol. lib. i, cap. 1: Ὁ σὺ μισεῖς ὅφ' ἑτέρου σοὶ γενέσθαι, σὺ ἄλλω οὐ ποιή-

A liberorum susceptio; ex peripateticorum vero, bonum. Ut semel autem dicam, illi lingua tenus sua deducentes dogmata, voluptatibus servierunt, alii quidem pellicibus, alii vero meretricibus, plurimi autem utentes adolescentulis. Sapiens autem illa quaternio, in horto cum meretrice, factis voluptatem colebat. Non ergo eam gravissimam effugerit execrationem, qui cum sibi aliqua non conferre judicent, alios ea hortentur facere, vel contra. Hoc breviter Scriptura significavit, dicens: *Quod odio habes, alii ne feceris*. Cæterum qui matrimonium approbant, Nos, inquit, fecit natura aptos ad matrimonium, ut liquet ex compositione corporum masculorum et feminarum: et frequenter illud acclamant: *Crescite et multiplicamini*. Etsi autem hæc quoque ita se habeant, ipsis tamen turpe videtur, quod homo, quem Deus est architectatus, sit animantibus brutis intemperantior, quæ cum multis et temere non congregiuntur, sed cum uno, et quod sit ejusdem generis: cujusmodi sunt columbæ, et palumbes, et genus turturnum, et quæ sunt his similia. Præterea, inquit, qui caret liberis, est ea perfectione defectus, quæ est secundum naturam, ut qui suum successorem in suum locum non substituerit. ✗ Perfectus enim est, qui ex seipso fecit similem: vel potius quando illum idem fecisse viderit, hoc est, quando in eamdem pervenerit naturam filius, cujus est, qui cum genuit. Est ergo omnino uxor ducenda, et patriæ causa, et liberorum successionis, et mundi, quantum est in nobis, perfectionis. Nam istius etiam matrimonii miserentur poetæ, quod est *semiperfectum* et caret liberis; beatum autem prædicavit id, quod floret et *germinat undequaque*. Morbi autem corporis maxime indicant necessarium esse matrimonium. Uxoris enim cura et assidua ejus perseverantia videtur aliorum necessariorum et amicorum tantum superare tolerantiam, quanto ea mutua doloris consensione et misericordia antecellit, et vult omnium maxime lubenter adesse et præsentia sua succurrere. Et revera ex Scripturæ sententia est necessaria *adjutrix*. Menander itaque comicus, cum matrimonium esset insectatus, alia etiam utilia opponens, respondet ei, qui dixerat:

Affectus in rem sum male:
Nam tu sinistre, nec bene, hanc quidem capis.

Ubi conf. quæ adnotavit Cotelerius. Conf. etiam *Const. apost.* lib. iii, cap. 15; lib. vii, cap. 2; *Recognitionum* S. Clementis lib. viii, cap. 56.

(99) Ἀναίδην. Ἀνείδην hic et aliquoties infra scribendum monuit Heinsius.

(1) Ἡμιτελῆ. Homerus de Protesilao ait, *Iliad.* B, v. 700:

Τοῦδε καὶ ἀμφιδρυφῆς ἄλοχος Φυλάκη ἐλέλειπτο,
καὶ δόμος ἡμιτελής· τὸν δ' ἔκταρε Δάρδανος ἀνήρ.

Hujus ambus lacerata genas uxor in Phylace relicta
[erat].
Et domus semiperfecta: hunc etenim interfecerat
[Dardanus vir].

Ubi scholiastes vetus ait: Ἡμιτελής, ἦτοι ἄτεκνος.

(2) Βοηθός. Deus uxorem appellat βοηθὸν κατ' αὐτόν, Genes. ii, 18. Mox, ἀλλὰ καὶ τὰ χρ. legit interpres.

Deinde subjungit :

*Gravia fuerunt et molesta quæ tibi,
Vides in ipso, sed bona haud contra vides;*

